ACTA ET DECRETA

VENCRANDÆ NORMANNORUM

NATIONIS IN

UNIVERSITATE PARISIENSI

FUNDATÆ AB ANNO 1739

ACTA ET DECRETA
VENCRANDÆ NORMANNORUM
NATIONIS IN
UNIVERSITATE PARISIENSI
FUNDATÆ AB ANNO 1739

ACTA ET DECRETA

VENCRANDÆ NORMANNORUM

NATIONIS IN

UNIVERSITATE PARISIENSI

FUNDATÆ AB ANNO 1739

ACTA ET DECRETA

VENCRANDÆ NORMANNORUM

NATIONIS IN

UNIVERSITATE PARISIENSI

FUNDATÆ AB ANNO 1739

ACTA ET DECRETA
VENCRANDÆ NORMANNORUM
NATIONIS IN
UNIVERSITATE PARISIENSI
FUNDATÆ AB ANNO 1739

ACTA ET DECRETA

VENCRANDÆ NORMANNORUM

NATIONIS IN

UNIVERSITATE PARISIENSI

FUNDATÆ AB ANNO 1739

ARCHIVES
11

(N° 11 bis) Registres
de l'Université.

1re Série = 4e Division

Livre des Conclusions.

Nation de Normandie.

de l'an 1739 à l'an 1769.

ARCHIVES
11

(N° II ter) Registres
de l'Université.

1re série = 4e Division

Livre des Conclusions.

Nation de Normandie.

de l'an 1739 à l'an 1769.

Acta et Decreta Venerandæ Normannorum Nationis Procuratore Magistro Ludovico Nicolao Durand Rothomagæo, Doctore Regente in Artibus et Philosophia Professore Emerito in Collegio Cardinalitio, à 21.o Martii An. 1739 ad 21.um Martii anni 1740.

Die 21.o Martii an. D. 1739 horâ septimâ matutinâ — habita sunt in Antecessum apud Harcurios comitia Procuratoria et Quatuorvivalia, ipsaque frequentissima, in quibus post præmiam, ut moris est, supplicationem Ego Ludovicus Nicolaus Durand Rothomagæus, Doctor Regens in Artibus et Philosophia Professor Emeritus in Collegio Cardinalitio Electus sum in Procuratorem Venerandæ Nat. et Magister Joannes Josse Licentiatus Theol. Soc. navarricus et Humanitatis in Lexoviæ Professor electus est Quatuorvir. Ambo solitum præstitimus Sacramentum . . . . Eodem die horâ decimâ apud Mathuvinenses habita sunt Comitia Rectoria, si usquam alias, frequentissima, in quibus, auditis Supplicibus, Amplyss. Rector Nicolaus Piat post brevem Orationem, sed elegantissimam, fasces Rectorios à se resignari declaravit, factâ postulatione ut vata et grata haberentur quæcunque suo Trimestri Magistratu gessisset, sibique eam ob rem concederentur Litteræ Commendatitiæ; deinde ut de Supplicibus deliberaretur; ut confirmaventur a singulis Nationibus Quatuor-viri matutinis horis electi; ac tandem ex unâquâque Natione seligeretur unus Deputatus, qui simul humero quatuor inviserent tum Supremi Senatûs Protopræsidem; tum Illustrissimos Procuratorem Catholicum, Adnotatumque Generalem, ipsis gratias Acturi nomine Facultatis Artium, quod juvâ Graduatorum ejusdem Præclaræ Facultatis Septenariorum sarta tectaque servari curassent in eo Senatusconsulto, quod in gratiam Magistri Playne in utroque jure Licentiati et Eloquentiæ Professoris Septenarii in Lexoviensi Collegio nuperrimè latum fuerat. tum demum Proceres Academicos in suas Nationes dimisit deliberaturos de propositis capitibus. . . Secessit Ven. natio in locum majorum, et factâ à me Procuratore Superiorum Articulorum Expositione, auditoque æquissimo Censore, Venerandæ Nat. vata et grata habuit quæcunque gessit Ampl. Rector, eo nomine Litteras dedit Commendatitias: Supplicibus indulsit; confirmavit Quatuor-virum à se matutinis horis Electum, Summumque Procuratorem Nominavit Deputatum, qui una cum cæteris aliarum Nationum Deputatis eo quiveret quod Supra memoratum fuit. . . Subinde Nationes singulæ in Aulam Comitiorum regressæ suam quæque, solito more Sententiam per suos Procuratores retulere. . . Præstito Sacramento Quatuorviri ingressi sunt Conclave, ibique non longâ factâ morâ Unanimi consensu in Rectorem Ampl. Elegêre Serenissimum Principem Armandum de Rohan Ventadour Sacræ Facultatis Baccalaureum Theol. Virum amabili omnium Virtutum confluxu, perinde ac generis nobilitate maximè commendabilem: quam quidem Electionem magno cum plausu, ac pene incredibili Lætitiæ sensu singulæ Nationes suo quæque in loco versum congregata confirmarunt; Nominaruntque unum è suo quemvis Procerem, qui cum omni pompâ honorisque Apparatu accerseret Principem Serenissimum et ad Comitia deduceret. Accessit porrò Princeps supra om-

M. E. Muller y Lab. Dep.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

omnem modum Amabilis, exceptusque est quasi Dulcissimus Pacis Pranuntius, Angelusque boni consilii è calo in terras delapsus. Tùm fide datâ Apud honorandam Nationem, pro rostito que coràm Pro clarâ Facultate Sacramento, destinatam sibi sedem conscendit, Verbisque suis ex ore angelico pro cedentibus sic proposuit Academiæ nus quàm intermoritarum grati ac bene memoris animi affectum, insuper et prevenire tutamen atque Præsidium: tandemque magno Divorum Academicorum stipante comitatu ad Æ des Sorbonico-Plessæas plaudente et Acclamante studiosâ Juventute, veductus est. /. Duvandy

Die 23e. eusdem mensis habita sunt Apud Matburinenses hovâ 4a Mat. D. D. Universitatis Deputatorum comitia ad confirmationem sive instructionem novi Rectoris, quæ et cum Elogio, et plausu facta est. /. Duvandy

Die Sabbathi 4o. Aprilis habita sunt ordinaria Vta nationis comitia hovâ Sextâ matut. ubi post Sacrum de more celebratum Ego Procurator Verbis, quàm potui, disertissimis gratias egi Venerandis Procuribus pro collato munere perhonorifico. Deinde nonnullos articulos in deliberationem misi. 1o quidem utrum placeret Venerandæ nationi in commentarios suos referri Decretum Regii consistorii quo Libertates juraque Venerandi ordinis in tuto posita fuêre. 2o. an vellet pariter ut quidquid pecuniæ impensum fuerat ad obtinendum illud solemne decretum ex cerario suo depro ceret, ut sportula, quæ persoluta non fuerat Tribulibus, qui Interfuerant Sacro ex fundatione Magistri Joannis Joannai celebrato Die 16e Decembris anni proximè elapsi in Justiniano quàm primum solueretur a fidelissimo Quæstore. 4o demum exposui, librum Procuratorium Actis Decretisque Vtæ nationis deservendis referendisque destinatum ad calcem seu finem esse deducturn, adeoque nomum condi oportere, uti et nomen librum pastorum catalogumque Tribulium. Singulis hisce quatuor capitibus annuit Veneranda Natio, atque hâc a me conclusum fuit. /. Duvandy

Sequitur Tenor Decreti consistoriani

Extrait des Registres du Conseil d'Etat.

Le Roy ayant été informé que dans la Faculté des Arts de L'Université de Paris il se Sevoit élevé des troubles et des contestations au Sujet de l'Election des intrants et de celle du Recteur, qui auoient donné Lieu a un Arrêt du 15 Xbre 1734 par Lequel il auoit été Sursis aux dites Elections, Sa Majeste auroit jugé a propos Suivant ce qui est porté par L'Arrest rendu en Son Conseil le 24. Xbre dernier de prendre connoissance desdites contestations. mais par le compte qu'elle s'en est fait rendre par les Commissaires de Son Conseil, qu'elle a nommé pour les examiner, Sa Majesté a reconnu qu'elles demandoient une plus grande instruction, pendant laquelle il Sevoit contraire au bon ordre de differer encore l'Election du Recteur, qui Suivant les Statuts de la Faculté des Arts doit être faite avant la fin du present mois. Sur quoy Sa Majeste auroit considere que les requêtes et memoires respectifs des Parties il paroît qu'un des points de la Contestation consiste a Scavoir Si un Arrest rendu par le Parlem.t Le 29 Avril 1670 pour regler l'âge de ceux qui elisent les intrants a été executé, ou Si l'usage y a été contraire; qu'il y a même longtemps que cet Arrest a excité des contradictions dans la faculté des Arts, et qu'on y a desiré qu'il fut statué de nouveau Sur cette matiere; ensorte que Sa Maj. pourroit Suspendre l'execution dudit Arrest en laissant toujours les choses entieres par rapport au fonds des contestations; et comme il est necessaire de regler en même temps ce qui Sera observé dans la prochaine election du Recteur; Sa Maj. auroit crû qu'il Sevoit convenable que dans les Nations, qui ont des Statuts homologués au Parlem.t il fut procedé a l'Election des Intrants et du Recteur aux termes desdits Statuts Sans autres conditions, que celles qui y Sont requises; et que dans les nations, qui n'ont point de Statuts homologuez et Specialement dans celle de Normandie les intrants Soient elus par tous ceux, qui ont droit de Suffrage pour toutes

les autres affaires ; et Sa Majesté s'est portée d'autant plus volontiers à prendre ce tempérament, qu'il ne préjudicie aucunement au fonds des droits des parties, à quoy étant nécessaire de pourvoir Le Roy Etant en Son Conseil a ordonné et ordonne que sans préjudice desdits droits, et en attendant qu'il y ait été pourvû par Sa Maj. il sera procedé à l'Election du Recteur dans l'Assemblée qui sera tenuë à cet effet en la maniere accoutumée : et en ce qui concerne l'Election des Intrants, ordonne Sa Maj. que dans les Nations, qui ont des Statuts homologuez au Parlement, ladite Election se fera conformement aux dits Statuts, sans autres conditions que celles qui y sont exprimées ; et que dans les nations, qui n'ont point de Statuts homologuez, notamment dans celle de Normandie, les Intrants seront élus par ceux, qui ont droit de suffrage dans toutes les autres affaires. Voulant au surplus Sa Maj. que l'Election du Recteur soit faite conformement aux Articles 72 et 74. du Reglement de 1598 sur la reforme de la Faculté des Arts. et sera le present Arrêt executé selon sa forme et teneur nonobstant tous Arrêts à ce contraires, à l'execution desquels il sera surcis jusqu'à ce qu'il en ait été autrement ordonné par Sa Maj. Fait au Conseil d'Etat du Roy Sa Majesté y étant, tenu à Versailles le 16 Mars 1739. Phelipeaux.

Signifié par huissier ord.re du Roy le 16 Mars 1739 aux S.rs Parisy Procureur de la N. de normandie, et Gibert Syndic de L'Université

---

eodem die Sabbathi 4° Aprilis horâ 1ª Pomeridianâ Apud Amplis. Rectorem celebrata sunt Comitia ordinaria D.D. Deputatorum Universitatis, in quibus postquam admissi fuêre tres Supplices pro Liberis Nominationis et quinquennii ; dictum est instare faustissimum hunc tandem ; exoptatum diem, quo Pax Generalis inter omnes Europæ Principes erat promulgenda ; morisque in Academiâ esse, ut habeantur Solemnes Supplicationes totius Universitatis, quibus Deo opt. Max. pacis autori et Amatori Gratiæ vependeventur ; hoc autem præsentibus in Circumstantiis fideliter præstandum esse, et Apparatu, quam fieri poterit, Splendidissimo, Pompâq; convenientissimâ, Unanimi omnium Deputatorum Consensu Statutum est : non posse tamen adhuc indici diem, quo debitum hoc pietatis opus poterit perfici, eo quod prius oporteat Academiam Principem Concione Gratulatoriâ Regem Augustissimum Salutare . . . Indusper Ampl. Rector ex consilio DD. Deputatorum designavit Magistrum Fromentin licent. Theologum nec non celeberrimum Eloquentiæ Profess. in Mazarinæo, qui remotâ et loco indicendis, Publicam de aureo ac cælesti dono Pacis orationem habeat nomine Universitatis. / Ità Testor. / Durand

Die Lunæ 5° Aprilis, in quem Solemne festum Dominicæ Annuntiationis fuit dilatum, quia cecidérat in Majorem hebdomadam ; post celebrationem Sacri Solemnis horâ 10ª apud Harcurianos, Retuli quæ supra in Comitiis DD. Deputatorum apud Ampl. Rect. habitis decreta fuerant. additi congruum mihi videri, ne quid ex parte D.ni N.ri desideraretur ad pompam Publicarum totius Universitatis Supplicationum, ut recens sinè mora conficeretur Toga Procuratoria eo quod ipsa, quâ nunc induebar, si nondum prorsus abjicienda, tamen, ut pote nonnihil marcescere ac Veterascere incipiens, minùs decens videri posset ~~videri~~ : ve totâ ex visu cognitâ, censuit Veneranda Ratio novam togam purpuream et pelliceam esse conficiendam ; et hanc curam fidelissimo Quæstori commisit ; atque ità a me conclusum est. / Durand

Die Sabbathi 2°. Maii celebratum est pro more Sacrum in Sacello Harcuriano horâ 6ª . . . eodem die horâ 1ª habita sunt apud Ampl. Rect. in collegio Lud. Magno ordinaria D.D. Deputatorum Comitia. Unus admissus est Supplex pro Lib. nom. et quinquennii ; nihil insuper Actum fuit memorabile. / ità Testor. / Durand

Die 6ª Maii post celebratam in Sacello Harcuriano Missam
pro festo Sancti Joannis Ante Portam Latinam ex fundatione
Magistri Joannis Vadelorge ven.ᵈᵃ Nationis Decani, admissus est
Supplex pro Regentiâ et Scholis Magᵗᵉʳ Petrus Guenet Acolythus
Rothomagæus titulo Magisterii in artibus et Baccalaureatûs
in Sacrâ Facultate. Tùm dixi me per Schedulas pridie
ab Apparitoribus missas, Singulos Invitasse Venerandos Tribules
ut Comitiis præsentibus interessent deliberaturi de quibusdam
articulis è Testamento Magistri Ludovici le Sauvage
postremi ven.ᵈᵃ Nationis Decani excerptis; quorum quidem
tenore declaratur, ipsi Nationi a Dicto Magistro donari sive
Legari Ædem quandam adipsum, dum vivet, pertinentem
sub conditionibus et clausulis fusè in ejus testamento contentis.
cujus quidem donationis priusquam fieret acceptatio, dixi
opera pretium esse hanc domum totumque fundum ipsi
annexum Lustrari, ut de ejus valore et statu liquidò constaret, posseque subindè ipsa natio tutiùs judicare an proventus hujusce domus et fundi par sufficiensque foret explendis
sive exequendis conditionibus in Actu Testamenti expressis.
Rè totâ sic a me expositâ, Rogatis Dictisque Sententiis
censuit ven.ᵈᵃ Nat. nominandos esse Deputatos, qui unà cum
duobus in Arte ædificatoriâ peritis hanc dictam Domum
a Summo ad imum Lustrarent, sicut et reliquum fundum
ipsi adjunctum, Appellantque quatuor è Suis Tribulibus
Scilicet, M. L'Hermite Professorem in Harcurio, M. Morin
Professorem in Cardinalitio, M. Broquet Baccal. et collegii
Thesaurarii primarium, et M. Le Prat Baccal. collegii Justitiani Primarium, qui unà cum duobus in Arte ædificatoriâ
peritis exequerentur quod supra; atque ità a me conclusum
fuit S. Durand.

Sequitur Tenor Articulorum è Testamento
Magistri S.ᵗ le Sauvage excerptorum

Du Testament de Louis le Sauvage Bachelier en Theologie
de la Maison et Societé d'Harcourt ancien Prieur dudit College
Professeur Emerite de Philosophie dans les colleges de Montaigu
et de Navarre et Doyen de la Nation de Normandie fondée en
l'Université de Paris, receu par Julienne l'un des notaires
au chastelet de Paris soussignez, qui en a la minute, et son
confrere, le quatre janvier mil sept cents trente neuf, a été
extrait ce qui suit.

Declare Ledit S.ʳ Testateur que plein de reconnoissance envers
le tout Puissant de tous les biens qu'il luy a fait, et du Don
precieux qu'il a fait a la France et a toute l'Europe en luy
donnant Louis XV. Roy Pacifique Selon son coeur, le Pere de
l'Univerdité et le bien aimé de ses Peuples, il veut et entend
que pour reconnoissance de tous ses bienfaits il soit celebré
tous les ans le quinte fevrier jour de la naissance du Roy.
dans la chapelle du college d'Harcourt une Messe haute avec
Diacre et Soudiacre, porte croix, deux Thuriferaires, deux
choristes et deux chapiers.

Que le celebrant avant l'Epitre dise l'oraison pour le Roy
et qu'Apres la Communion le choeur chante a trois reprises
le verset, Domine salvum fac Regem, avec Le Gloria a la fin,
et qu'en consequence le celebrant ajoute aux autres oraisons
celle pour le Roy.

Que la Messe finie, le Celebrant, le Diacre, le Soudiacre et le
porte croix étant revetus d'ornements noirs chantent le Libera
avec le Pseaume De profundis et les oraisons accoutumées
pour le repos de l'ame dudit S.ʳ Testateur et des Roys Tres chrétiens.
et Apres ces prieres dites qu'il soit chanté l'Hymne de S.ᵗ Ambroise
Te Deum Laudamus, pour finir par l'oraison pour la conservation du Roy Regnant, et pendant que l'on chantera cet Hymne
sera fait la distribution cy apres a ceux, qui y auront assisté.
Pour l'execution de ce que dessus le plus ancien Prestre, Principal
ou Professeur Emerite, ou actuel Suppôt de la nation de
normandie aura le droit d'estre le celebrant; ou a son defaut
le plus ancien d'apres luy et ainsi qualifié.

Le celebrant choisira dentre les Supôts de la dite Nation
ainsi qualifiez le Diacre, le Soûdiacre, et Les deux chapiers.
le portecroix, Les deux Thuriferaires, et les deux choristes
en Surplis seront de grands ou petits bourciers designez par
le Procureur et Principal pour marquer par ledit Testateur
sa gratitude envers L'Universite et donner un temoignage de
ce qui luy est deu par les Supôts en repondant a L'Education
que ledit Sieur Testateur a eu dans sa Jeunesse dans le College
d'Harcourt.

Supplie ledit Sieur Testateur Les tres Amplles Recteurs de
L'Universite dassister a cette Messe et aux prieres, qui la
suivront; et afin que cela se fasse avec dignité qui reponde
a leur Amplitude, prie led.S.r Testateur Les tres Vnes
Procureurs des quatre Nations, le tres digne Syndic et le tres
fidele Greffier de La Faculté des Arts de se rendre chez
L'Amplissime Recteur, afin que dans le grand habit precedez
par les huit Bedeaux de la Faculté des Arts portants leurs
masses, ils L'accompagnent tous en robes rouges jusqu'a la
chapelle du college d'Harcourt, pour, les prieres finies, le
reconduire avec La meme dignité en son College. Pareillement le dit S.r Testateur tous Les Principaux des
Colleges de plein exercice Supôts de la Faculté des Arts, Professeurs
soit emerites de vingt Années, ou Actuels, les Censeurs, et Les
Questeurs des quatre Nations d'Assister a La dite Messe et
prieres; Les Principaux Supôts de la Faculté des Arts des
autres colleges, dans Lesquels il y a actuellement des Bourciers,
sont aussi invitez dy assister.

Et pour L'honoraire veut et entend Ledit S.r Testateur qu'il soit
distribué les Sommes suivantes, a La quelle distribution personne
ne sera admis que sous une qualité

Scavoir

A Monseign.r le Recteur six Livres, cy - - - - - - - 6.lt
A chacun de M.rs Les quatre Procureurs, au Syndic et au greffier
trois Livres; ce qui compose pour le tout dix huit Livres, cy - - 18.lt
A chacun des autres Supôts une Livre dix sols; ce qui peut revenir
ainsi que le declare led.S.r Testat.r a cent quatre vingt Livres, cy - - 180.lt
A chacun des Supôts, qui assisteront en Robes rouges, une addition
de dix sols a L'exception de Monseign.r le Recteur, M.rs Les quatre
Procureurs Le Syndic et Le greffier par ce qu'ils sont tenus par leur
etat de porter ces Robes rouges.
Il sera payé au Celebrant quatre Livres, cy - - - - - - 4.lt
Aux Diacre, Soûdiacre, et chapiers, chacun deux Livres, ce qui
compose pour Les quatre huit Livres, cy - - - - - - - 8.lt
Aux portecroix, deux Thuriferaires, deux choristes et au Sacris-
tain chacun vingt Sols, ce qui compose la Somme de six Livres. 6.lt
Au portier du college d'Harcourt, qui Sonnera a L'entrée et a La
Sortie de Monseigneur le Recteur une Livre dix Sols, cy - - 1.lt 10s
Au portier du College, ou il demeurera, une Livre dix Sols pour
pareille fonction, cy - - - - - - - - - - - - - - 1.lt 10s
A chacun des quatre premiers Bedeaux deux Livres, ce qui
compose huit Livres, cy - - - - - - - - - - - - 8.lt
A chacun des petits Bedeaux et aux Suisses chacun une Livre
dix Sols, ce qui compose pour tout cet article La Somme de
neuf Livres, cy - - - - - - - - - - - - - - - - 9.lt
Et enfin au Porteur du tapis et des Coussins de Monseign.r
le Recteur, une Livre, cy - - - - - - - - - - - - 1.lt
Et pour Servir de fonds a ce que Le dit S.r Testateur vient
dordonner, donne et legue a la Nation de Normandie La
maison ou il est demeurant Scitüée Susdite vüe des francs-
Bourgeois dont il tire quatre cents Livres de Loyer, non com-
pris son Logement qu'il estime environ a Deux cent Livres
et au College d'Harcourt une autre Maison appartenante
au dit S.r Testateur Scitüée vüe S.t Etienne des Grés Louée
cent quatre vingt Livres par An
comme aussi donne et legue audit College d'Harcourt quatre
vingt Livres de rente perpetuelle Sur Les Fayes et gabelles, qui
Luy appartiendront a commencer La Joüissance du tout, du
Jour du decedz dudit Sieur Testateur.

Le dit Legs fait comme il est dit cy dessus sous la condition expresse que la dite Nation de Normandie et Ledit College d'Harcourt tiendront la main a l'execution de la fondation de la Messe cy dessus designée, et que la distribution cy devant ordonnée sera exactement payée et encore a condition par Ledit College d'Harcourt de faire dire une Messe a perpetuité dans la chapelle du dit college le jour de la Translation de St Loüis a l'intentions pour le repos de l'ame du dit St Testateur a la quelle Messe la seule nation de normandie assistera, et sera vetribüé a chacun des assistants de la dite nation dix sols en doublant a proportion pour ceux qui se trouveront en charge.
Pour executer le present Testament le dit St Testateur a nommé et choisi Mr Dagoumer ancien Recteur de l'Université, ancien Prouiseur d'Harcourt, ancien Professeur de Philosophie audit college et a Navarre, le Sieur Potier Prestre et chapelain dudit College d'Harcourt et le Sieur Le Monnier Professeur de Philosophie au même College d'Harcourt, qu'il a prié de vouloir Luy donner Cette marque de leur amitié, avec priere a Monsieur Esnée chapelain du college de navarre de vouloir bien ayder ces Messieurs dans la dite execution, et les prie, Scauoir Les dits Sieurs ses executeurs Testamentaires d'accepter chacun la somme de cent Liures, et le dit Sieur Esnée celle de cinquante Liures pour employer comme ils jugeront a propos pour eux mêmes, dont il Leur fait Don et Legs.
Extrait par Les notaires a Paris soussignez sur la minute du dit Testament, étant, comme dit est, en possession, ce Jourdhuy vingt Janvier mil Sept cents trente neuf
Signé Jullienne et Moüeue, avec Paraphes

Sequitur tenor Actûs Consignati à Duobus Viris in Arte Ædificatoriâ peritis qui ex Decreto Venerandæ nationis Vnâ cum quatuor Magistris Deputatis Lustrarunt tum Domum Tum ipsum fundum a Vivo Clar. M. Le Sauuage, juxta mox faitam declarationem, ipsi nationi Venerandæ Donatum, sub conditionibus et clausulis modo relatis

Aujourdhuy Mercredi treizieme du mois de Mayst 739 Deux heures de relevée.
Nous Loüis Joubert Architecte Expert entrepreneur des Batiments assisté du St Rolland Mr Macon a Paris, en consequence de la requisition a nous faite par Mess.rs les Prouueur, censeur, Questeur, et Deputez de la Ven.ble nation de Normandie a l'effet de voir et visiter une Maison et emplacement Scize a Paris rüe des Francs Bourgeois quartier de la porte St Michel provenant a ce qui nous a été dit de la Succession de feu M. Le Sauuage Doyen de ladite nation, pour en faire l'estimation, Sommes transportez avec nos dits Sieurs officiers et Deputez de la dite nation en et au dedans de la dite Maison et emplacement, du étant nous avons vû et visité, premierement le corps de logis sur la dite rüe des francs bourgeois depuis le fond des caues jusqua son Sommet la quelle a son entrée par une allée de partage sur la dite rüe a gauche en entrant, lequel corps de logis avons trouué contenir 16 pi. 1/2 de face dans oeuure sur 29 pi. 1/2 ou environ de profondeur sur l'emplacement duquel corps de logis a droite au ver de chaussée est une allée de passage sous ledit corps de logis seruant seul d'entrée au jeu de Paume étant au derriere et a côté de la dite maison et emplacement, le dessus et le dessous de la quelle allée apartient vraisemblablement a la presente maison et avons aussi remarqué que la dite allée de passage apartenant audit jeu de Paume reçoit la seruitude de l'écoulement des eaux de la presente maison.
Ensuite nous avons vû et visité la suite de l'emplacement au derriere dudit corps de Logis jusqu'au jardin lequel contient 9 t. 3 p. de long a prendre depuis le mur sur la cour du batiment

de devant, sur 10 p. et demi de large dun bout, et de 13 p. 1/2 de large de lautre, fesant une enclave sur la maison voisine a gauche de 2 p. ou environ, sur lequel emplacement en la dite longueur de 9 t. 3 p. se trouve une allée de passage vers le jeu de Paume, lescallier dudit corps de logis sur icelle le surplus étant couvert par un mauvais Edifice tres mal disposé et de peu de valeur.

Ensuite de quoy avons vû et visité lemplacement du jardin étant ensuite desd. Batiments, lequel avons trouvé planté de quelques arbres de differentes especes emeslez de quelques ceps de vigne, et contenir environ 12 t. de long sur 5 t. 2 p. de large; dans langle duquel jardin a gauche enentrant est un mauvais édifice servant decuvier et de cabinet daisance au fond duquel jardin est un petit edifice enclavé chez le voisin derriere contenant 14 p. de long ou environ sur 9 p. de large et avons remarqué que la gallerie et filets dudit jeu de paume et en toute sa longueur saille en avance sur le jardin et emplacement de la dite Maison de 2. a 3. p. laquelle gallerie en saillie est soutenuë par des potences de fer et de bois.

Lemplacement de la quelle Maison, Edifices et jardin avons trouvé apres calculs faits contenir en totalité 113 toises de superficie ou environ Compris la demie Epaisseur des Murs mitoyens; lequel emplacement nous lestimons valoir 100 ll. la toise superficielle du fort au foible et lune dans lautre eu egard au quartier et situation de la dite Maison, valeur qui probablement ne peut quaugmenter par la suite, valent au dit prix la somme de onze mille trois cents livres cy 11300 ll.

Et les Batiments, qui sont eleuez sur le dit emplacement, toutes considerations faites, et en egard a leur qualité presente et aux reparations que lon en pourra retirer, quand ils seront un peu reparez et ajustez nous les estimons valoir ensemble la somme de cinq mille sept cents livres, cy - - - - 5700 ll.

Somme totale de ce que vaut la dite maison et emplacement suivant lavis de nous Doubert et Rolland dix sept mille livres, cy - - - - - - - - - - - - - - - - 17000 ll.

Signé Doubert. Rolland

Die Mercurii 20. Maii hora 5a. Serotina habita sunt in Harcurio Comitia Vocat. nat. extra ordinem per schedulas indicta, in quibus auditi sunt Viri Clarissimi, qui fuerant proxa cedentibus Comitiis Deputati ad Lustrandam una cum Dnobus in Arte Edificatoria Peritis, Domum illam, quam Meritissimus Vir Magister Ludovicus le Sauuage Baccalaureus Theologus, Philosophiæ Professor Emeritus in Regia Navarra et Venerandæ Nationis Decanus Testamento Suo Donat et Legat Nationi Venerandæ, sicut colligitur ex Actu Supra transcripto, prout fuit a præfato Testamento extractus. Deinde lectus est Actus conscriptus et consignatus a Dnobus mox præfatis Architectis, prout pariter hic superius fuit inscriptus; quo quidem Actu tum ipsa Domus tum integer fundus declarantur esse valoris, ad minus, Septemdecim millium Librarum.

His peractis quæsiit num vellet Veneranda Natio acceptare sive dictam Domum Institutamque fundationem. Rogatis ex ordine collectisque omnium Tributium suffragiis, sic unanimiter censuit Veneranda Natio, Nimirum laudat quam maxime tum pietatem, tum munificentiam Clarissimi Viri Magistri le Sauuage Baccalaurei Theologi, Philosophiæ Professoris Emeriti, et Venerandæ Nat. Decani, cujusque votis Lubentissime annuens acceptat et Domum et fundationem ab ipso Institutam sub conditionibus clausulisque in ipso ejus Testamento fusè exaratis et expressis. Tum ad majorem adhuc splendidioremque Institutæ Solemnitatis Pompam, vult insuper ditque Veneranda Nat. ut omnes singuli, sui Tribules et Sacro Solemni et subsecutivis precibus interfint sicuti unam honorariam omnino æqualem percepturi. Atque ita a me conclusum fuit. / Duvaux

Actum istud suo in loco descriptum non fuit, quia nondum exemplar Elegantissimæ Orationis ab Ampl. D.D. Rect. habitæ nobis fuerat traditum.
Durand.

Die 11. Maii horâ 7ª matutinâ habita sunt in Aulâ Mathuvinensi Generalia Præclara Artium Facultatis comitia, extrà ordinem publico Amplissimi D.D. Rectoris mandato indicta, in quibus Elegantissimâ Oratione præfatus est Ampl. Rector; ac subindè triplicem articulum misit in deliberationem. jus de revocandâ, pro singularum Nationum parte Appellatione Interjectâ nomine Universitatis die 5. octobris an. 1718 a Constitutione Summi Pontificis Clem. XI, quæ incipit Unigenitus Dei filius, ad ad futurum Concil. Generale. 2us. de Actis ad eam Appellationem pertinentibus. 3us de obsequio eidem Constitutioni præstando. Verba pro more fecit meritissimus Syndicus M. Balthazar Gibert. ipso audito, dimissâ sunt ab Ampl. Rect. singulæ Nationes suum quæque in locum, de propositis articulis et de postulatione merit. Syndici deliberatura.

Toto hoc negotio, quod certè gravissimi erat momenti, a Venerandâ Natione maturè perpenso, sic suum tulit judicium.

1°. censuit immeritò moveri difficultates adversùs Const. Unigenitus a Corpore Episcoporum acceptatam, Regiâ Auctoritate munitam, et in Regno promulgatam quasi contraria foret Juribus Regni, et Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus, quibus profitetur se esse, semperque fore addictissimam.

2°. improbavit ea, quæ a meritissimo Syndico dicta fuerant.

3°. maximè probavit laudavitque vehementer Orationem ab Ampl. D. Rectore habitam; postulavitque eam, tum in suos, tum in Universitatis Commentarios referri, atque etiàm typis mandari et in lucem edi Gallicè et Latinè: plurimùm sibi gratulans, quod princeps Serenissimus secundùm præclara Facultatis vota Rectoriam dignitatem communibus suffragiis delatam susceperit.

4°. nullâ habitâ ratione intercessionis meritissimi Syndici censuit revocandam esse Appellationem nomine Universitatis interjectam die 5. Octob. An. 1718 à Constitutione Unigenitus ad futur. Conc. Generale; et vi ipsâ pro suâ parte revocavit tùm prædictam communem Universitatis Appellationem, tùm eam Specialem quam suo nomine interposuerat die 1°. octobris ejusdem anni 1718. Præterea Judicavit voluitque Cancellari Acta omnia ad illam Provocationem pertinentia, quæ in suis Commentariis reperiuntur, tàm ea, quæ præcesserunt, quàm quæ subsecuta sunt ejusmodi Provocationem. Insuper postulavit in commentariis Universitatis ad marginem provocationis nomine totius Academiæ Interjectæ, notam a fidelissimo Scribâ apponi, quâ constet hanc ipsam provocationem a Venerandâ Natione, pro suâ parte, fuisse revocatam.

5°. Demùm expressè declaravit, se corde animoque Amplecti prædictam Constitutionem Unigenitus, tanquàm Judicium Ecclesiæ Universalis Dogmaticum, et Regni Legem.

Hæc fuit sententia Ven. nationis, quæ eadem ex omni parte fuit apud tres alias Nationes. Durand.

Sequitur Tenor Orationis ab Ampl. D.D. Rectore habitæ.

superioribus comitiis statim evumpentes grati animi sensus effari
vix nobis licuit, Procuratores ornatissimi, Proceres Academici.
a clarissimo Ex-Rectore id petiimus officii, ut interpretem
se præbere vellet nostræ erga vos voluntatis: quod ut eum
rogaremus, non suasit solùm Amor in illum noster; sed cùm
intelligeremus ipsius in hac eadem, quod gerimus, sustinendo
munere prudentiam vobis omnibus non semel placuisse,
ejus quoque vocem acceptissimam fore auribus vestris, nobisque
ad conciliandos animos vestros aptissimam existimavimus.
quamvis autem tam fidelis apud vos internuntii pœniteve nos
profectò non debeat, pœniteret tamen si leve nos diutius, vestroque
beneficio gestiens animus continere se jam non potest.
Ità est certè, Academici Proceres, felix inter cæteros nobis semper
habebitur ille dies, quo vestris suffragiis eò sumus evecti, ut
ordini præessemus Amplissimo, quem tot lumina virorum, et
collata in Religionem et Rempublicam tot merita nobilitavêre.
Suis enim Academia laboribus, et Religionis et Reipublicæ causâ
susceptis, nacta est quidquid habet splendoris. his Artibus titulos
illos, quibus ab ipsis Regibus cohonestata incedit, et jura præcipua,
quæ in ipso Regis conspectu non evanescunt, et ipsa hæc, quæ
gerimus, insignia comparavit.
Dum hæc autem loquimur, non excidit animo nostro, nos advnam
tantùm Academiæ partem verba nunc facere: sed quæ laudes
ordini conveniunt universo, eas Præclara hæc Artium Facultas
præcipuo jure sibi vindicat. Hinc quasi ex incunabulis se se
extulerunt cæteræ facultates; hinc Disciplinæ omnes, quæ ad
tuendam tum Religionem, tum Justitiam, tum Corporum
salubritatem comparatæ sunt, velut ex uberrimo fonte oriuntur.
Hæc nos, ut ità dicam, lacte suo nutritos, superioribus tradit
disciplinis, quæ robustius ingenium et maturius postulant. Si autem
hoc in Regno tot ab annis tantoperè bonæ disciplinæ claruerunt
nonne illa lux exorta est præcipuè ex ordine vestro, in quo Civium
animi ad præclara studia informantur? effervent se se altius et
uberiùs efflorescent illæ Disciplinæ atque Artes, sub ejus intuitu Principis,
qui suorum unicè studiosus, id demùm sibi gloriæ ducit, ut eorum
ornamento consulat et felicitati. Depositis cum primùm licuit
armis, quæ sola sibi necessitas induerat, sustinuit victricem manum:
neque brevem secundarum impetu raptus, sed ut hostium victor
sic sui potens, constitit in aspectu pacis, ad quam Europæ
conciliandam ipso victoriarum cursu properabat. Quin etiam
id justitiæ existimatione est assecutus, ut illi ipsi, quibus
protestatis suæ vim intulerat, res suas componendas ejus arbitrio
permisisse vent. Vicit igitur hostium suorum non copias solùm,
sed animos: quo vincendi genere nullum præclarius potest,
nullum jucundius inveniri. Consecrat Religionis amor tantas
Principis virtutes: ea res omnes, prout venerâ sunt, ita ipsi intuendas
objicit: nihil ei quidquam videtur majus, quam quod Religioni
decorum est: quidquid illa commendat, id ipsi magnum, id
Regium, id summâ ope expetendum videtur. Neque dubium
fuerit vobis, quin ejus in animum cujusque penitiùs descenderit
hodierna hæc deliberatio, cum hic inter nos agatur causa
Religionis, quæ ab ipsius sinu divelli nunquam potest.
Sentio, Academici Proceres, jam unumquemque vestrûm
præcipere cogitatione postulationem illam, quâ nos a
pluribus vivis Academicis provocati, Comitia hæc indiximus.
statim atque nobis delata est, illam diligentissimè expendimus,
verumque, prout ejus magnitudo postulabat, cum Procuratoribus
ornatissimis communicavimus. Uno omnes ore censuerunt
præfatæ petitioni esse annuendum; atque ideircò quam primùm

indicenda esse, extra ordinem, Præclaræ Facultatis Comitia,
quibus tanti momenti negotium tractaretur.
Hujusce autem postulationis duo præcipua capita sunt; alterum
ut Nationibus, ex quibus constat Præclara Facultas, quam liceat
aperire sententiam de eâ Provocatione, quam an. 1718 die 5. oct.
Academia interposuit a Constit. Unigenitus ad futurum Concil. Gener.
Deque his Actis, quæ hanc provocationem, aut antecesserunt aut
subsecuta sunt, quatenus ad Nationes Præclaræ Facultatis, authoræ
Provocatio, aut ejusmodi Acta pertinent; alterum verò, ut iisdem
nationibus liceat de obsequio Constitutioni Unigenitus præstando
quid sentiat, exponere.
Nemo vestrûm ignorat, Academici Proceres, si quid alicujus ordinis
nomine constitutum fuerit, eam censeri posse Corporis universi senten
tiam donec ab eodem ordine, unde profectum est, rescissum fuerit et
abrogatum.
Frustrà objecerit aliquis, Provocationum Actis, quæ an. 1718 tum
tum Facultatum, tum Nationum, ac demum totius Academiæ nomine
instituta sunt, non id juris sanciri ut ii, qui tunc temporis in
Artium Facultatem nondum adscripti erant, eâdem Provocatione
teneantur: quo fit ut ejusmodi Actum, cujus ipsi nullomodo participes
fuerunt, a se rescindi et revocari, si verborum vis et pondus attendatur,
dicere non queant: id verò ita se haberet, si de re aliquâ inter privatos
eorum nomine contractâ ageretur. Sed ut supra dictum est, non
singulorum ea provocatio, sed universorum fuit, qui primò Nationatim
conjuncti, communi deinde provocationis Academiæ vinculo universum
corpus obstrinxêre. Itaque et ad universos et ad singulos, qui in Præclarâ
facultate censentur, pertinet hodierna deliberatio.
Anno quidem millesimo septingentesimo vigesimo, authoritate Regiâ
sancitum fuit, nullius effectûs esse habendas Appellationes. Sed vestri
ergo Ecclesiam obsequii significandi facultas minimè adempta vobis est
et quid de illâ Academiæ Provocatione sentiretis, palam, pro vestrâ parte,
declarandi: imò et hanc Provocationem revocare vobis licet, et quam
obedienter Ecclesiæ decretis pareatis, manifestò comprobare.
Anno 1718 de Constitutione Unigenitus exarserant vehementissimæ
contentiones; spargebatur passim rumor, in damnatis Propositionibus
sanctissima Religionis dogmata contineri, earumque damnatione, et
Patrum et Scripturæ sacra verba ipsa repudiari; quin et sacrorum codicum
lectione fidelibus interdici; sancti Augustini doctrinam, et divi Thomæ
sententiam de Gratiâ et Prædestinatione præsumidari; primum et maximum
de Divino Amore præceptum, et sancti Caroli de administrandâ Pœnitentiâ
regulas impugnari; subrui funditus Ecclesiæ Gallicanæ decreta et
libertates. quidam a Constitutione alieni, sed paulò verecundiores
palam fovebant eam, si minùs fidei, novum doctrinæ et Ecclesiasticæ
disciplinæ planè adversam, ex ipso tamen habitu obscuram esse; neque
in tanto Propositionum numero satis discerni, quonam vulnere
singulæ laborarent. Strepebat igitur passim Gallia clamoribus, ac
quos quorumdam etiam Ecclesiæ Præsulum vox accesserat: his partibus
se se adjunxerat Cardinalis* Eminentissimus, qui et virtutum suarum,
et sedis suæ authoritate, Academiæ oculos in se converterat. quinetiam
illo quasi ictu vapi visa est ipsa Theologiæ Facultas.
In hâc inclinatione verum ad Provocationem lapsa est Academia.
Viginti jam et amplius anni intercesserunt: quid autem attulit illa
temporum series? Clementi undecimo tres deinceps Summi Pontifices
successêre. Omnes Antecessoris sui judicium confirmarunt, et ipsius
vestigia secuti, nulli occasioni defuerunt, ut dissemitatas adversùs
Constitutionem calumnias obtevarent. Modò declaravêrunt Constitu-
tionis Unig. eam esse præcipuè mentem, ut damnati jam et profligati
in Baio et Jansenio errores iterum confodeventur: modò sancti Augustini
de Gratiâ et Prædestinatione doctrinam, ab Apostolicâ sede laudatam
toties et approbatam, multis etiam firmatam Conciliis, non modò
non illo afflatu violari, sed nunc etiam maximè vigere sub ipsis
Summorum Pontificum oculis, eamque in celeberrimis Romanæ
Civitatis scholis præcipuo jure dominari: modò sancti Thomæ senten-
tiam, quam latè patet Ecclesia christiana, omnium veneratione
prosequendam esse. quorumdam verò temeritatem, qui passim jactabant
ex damnatis Propositionibus profluvimas aut ex Scripturâ sacrâ, aut ex
Patrum scriptis ad verbum expressas esse, quantâ vehementiâ insectati sunt.
Primum illud et maximum omnium præceptorum, quam necessitatem,
quam vim haberet, ipsi palam verbis scriptisque docere nunquam desierunt
neque id obscurum est, Romæ non segnius quàm usquam terrarum
typis mandari, in vulgus edi, animarumque pastoribus commendari sancti

* Noailles Paris. Archiep.

componatur.

Quænam fuit Episcoporum de Apostolicâ Constitutione sententia, quis animus? nullus omninò inventus est apud Exteras gentes, quæ Catholicâ fide continentur, qui non Decretum illud fidelium obsequio et obedientiâ colendum esse credidevit. Galliæ, ubi natus est error, Præsules, præter admodum paucos, in eo conseserunt, ut in Diplomate Pontificio sanam Ecclesiæ Doctrinam agnoscerent. Neque Calumniæ, quæ temerè volitabant deterriti, imò accendi magis et erecti, jam Anno 1714. cum sua quisque Diœceseos fidelibus Constitutionem proponerent, quo falsis malevolentia occurrerent interpretationibus, Pastorale Documentum promulgarunt. Anno 1720, ut dissidentes animi magis ac magis revocarentur, novas expositiones in vulgus ediderunt. Documenti Pastoralis ea præcipuè mens fuerat, ut verus ac germanus Constitutionis sensus explanaretur: in expositionibus id consilii fuit, ut innotesceret falsam a quibusdam conflari Constitutioni invidiam, quasi Libertati Scholarum et Sanæ doctrinæ infesta esset, sacrorumque Librorum lectione Fidelibus interdiceret. Ubique nihil prætermissum est, quo vani ac nimis anxii quorumdam metus sedarentur, et planum fieret jura Regni et Ecclesiæ Gallicanæ Libertates nullo modo tentari.

In hoc tanto, tam venerabili, tam valido et efficaci suffragiorum consensu, quis Ecclesiæ vocem non agnoverit? Petri Successores, Episcoporum Corpus, quibus fidei depositum creditum est, quibus ut omnes docerent gentes Christus ipse mandavit, quibus dicto non audientes esse jussit, quibus denique omnibus diebus ad consummationem Sæculi affuturum se pollicitus est, iis sententiam dixerunt, debitam communi ipsorum voci obedientiam denegare, quam perversa, quam præcipitis esset audaciæ?

Nos verò, Academici Proceres, id Majorum nostrorum exemplo fateamur: quantocunque et Doctrinæ et virtutis et famæ fastigio subnixæ sint Academiæ, nunquam tamen eâ fuerunt auctoritate, ut de iis quæ spectant ad fidem, quasi è Superiori loco judicarent. Prolato semel ab Ecclesiâ Judicio, obedire, obsequi, earum semper fuit; definire, decernere, ad Episcopale corpus sacro quodam et intacto jure pertinet.

Neque nobis quisquam respondevit, Dogmatico Sanctæ Sedis Apostolicæ Decreto non teneri fideles, nisi ab Universo Episcopali ordine clarè, liberè, unanimi consensu, nullâ velictâ dubitandi vatione acceptum fuerit; nisi prævio Judicio, re etiam atque etiam atque etiam ad normam suis inquisitâ, ita ut non ex præjudicatis opinionibus, sed ex naturâ rei, certoque et indubitatis principiis sententia feratur. Absit quidem ut quisquam aut sentiat aut dicere audeat, ad ferendum de iis quæ pertinent ad Fidem Judicium, nullam inquisitionem, considerationem, Libertatem requiri. Sed Christi promissis freti, ita sentire, ita dicere debemus, si quid Episcopalis ordinis voce sancitum est, id respuere auribus Fideli cuilibet omninò fas non esse. Sic fore promissum est, ut portæ Inferi nunquam prævalerent: nunquam ergò invalescet tanta pestis, ut seu vi, seu negligentia, seu fraude prævaleant. Episcoporum Corpori Christus adest, Christus Sapientia Patris, Christus æterna Veritas: quatenus veritas præsto est, ut ab erroribus arceat, quatenus Sapientia, præluceat ipsis, ut quæ docuit certâ viâ consequantur. Statim atque Episcopalis ordo cum ipso Capite conjunctus aliquid circa fidem decrevit, statim atque Sacrum illud Corpus, Interpres divinæ vocis ac cælesti Spiritu afflatum, obedientiam postulat, tum veri fideles nihil dubitant: in Episcopali Corpore Veritatem vident: in quo Episcopi consentiunt, dissentire nefas putant; sciunt quippe ad Episcopos pertinere has voces, Qui vos audit, me audit; sciunt eum qui Episcopali Corpori curam suam pollicitus est, neque Episcopis, neque sibi, si Episcoporum vestigiis insistant, defuturum; atque ut Pastoribus in Christi promissis tutissimum semper est præsidium, ita sibi in Fidei simplicitate arcem fore inexpugnabilem. quocunque modo, aiebat Bossuetius, fiat ut Ecclesia consentiat, transacta planè res est: neque enim fieri potest unquam, ut Ecclesia Spiritu veritatis instructa, non repugnet errori. Deus, inquit alio loco, ita versat animos, ita in eis dominatur, ut in aspectabili et perpetuâ Successorum Apostolicorum communione, sana et incorrupta Doctrina semper victrix evadat.

His quasi potentissimis telis expugnatæ mentes felicem in Galliâ rerum mutationem ciderunt, quæ totius Ecclesiæ plausu excepta est. in toto Episcopali ordine vix unum et alterum reperias, cujus metum ac suspicionem visibilis auctoritas non evicerit. in Universo orbe Catholico Academia nulla est, quæ obsequio significando defuerit; quin etiam Gallicanæ quædam Academiæ, ut Parisiensis exemplum in Provocando secutæ fuerant, ita ipsi in revocandâ Provocatione exemplo præiverunt, et Theologica Facultas, quæ cum multis nominibus conjuncta vobis est, tum gravissimâ in ejusmodi rebus auctoritate pollere debet; ipsa vobis præstitit facem, ipsa quodammodo agmen diendum vobis esset, dux præmonstravit. quot Congregationes sive Sæculares sive Regulares, primo torrentis æstu, in transversum abreptæ, re maturiùs perspendâ et cognitâ ad veritatem remigarunt!

Num igitur sola haec nostra Societas in provocatione persistaret? num solitariæ cujusdam contumaciæ crimen subire animo obstinaremus? quod si Constitutionem tam aperte tutatur Spiritalis auctoritas, ipsi quoque protestas temporalis non aperte minus patrocinata est. id quidem summâ opè moliti sunt Constitutioni adversarii, ut in Catholicas gentes omni aditu, cuniculis omnibus animorum suorum sensus obreperent. Quænam tamen Catholica gens ab eo desciuit obsequio, quod Ecclesiæ decreto debetur? et in Galliâ quidem Regia authoritas, observatis religiosè iis institutis, quæ erga pontificum Decreta antehàc usurpata fuerant, Constitutionem Unig. tutam amplexa est, eamque pro tenore suo jussit observari. quàm funditus Regia Majestas Provocationes omnes à Constitutione Unig. anni 1720 edicto sustulerit jam commemoravimus. ibi apertè signatur, Constitutionem hanc, tanquam Ecclesiæ Regnique legem esse habendam; ibi Provocationes tolluntur, ipsas nullius effectûs esse declaratur; ibi edicitur ne quis Regi subditus Provocationibus utatur, ne quis Judex earum ullam habeat rationem. Anno 1730 novo insuper Edicto jubentur omnes Regni cives, cujuslibet conditionis, eam Constitutioni præbere observantiam, eam obedientiam quæ Ecclesiæ Universalis circa doctrinam Judicio præbenda est; quo quidem edicto alterum anni 1720 Edictum corroboratur. Utrumque in omnium Parlamentorum tabulas relatum. Constat itaque in eo consentire utramque potestatem, ut id auctoritate suâ tueantur, quod à plurimis vestrûm expostatum, vobis ego, et ex ipsorum votis, et ex animi mei sententiâ, sum propositurus. Si leant igitur temerè præceptæ opiniones, odia conticescant, concidant partium studia: auribus animisque vestris nihil insusurret, nisi ratio, nisi æquitas, nisi obsequium erga illas Potestates, quibus obtemperare nos Deus ipse præcepit. Nihil sanæ Doctrinæ, nihil Ecclesiasticæ disciplinæ, nihil Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus imminet periculi. Curam omnem et diffidentiam vestris è mentibus ejiciant vox Successorum Petri, Documenta et Expositiones Episcoporum, Constans et Evangelica Principis nostri attentio, quæcumque tum ad Religionem, tum ad Rempublicam spectant diligentissimè perspiciens, ejusque consiliorum sapientia singularis. quod si in vestrûm alicujus animo etiamnunc residebat nonnihil metus nè fortè pura Regni Lar deveniatur, nonne hanc omnino suspicionem adimere debuisset erecta semper ac sollicita Parlamentorum vigilantia? oriatur ergo è pectoribus vestris, spirat in sermonibus aura pacis et charitatis; dominentur nobis Regula, non regulis dominemur. Sanctæ Sedi Apostolicæ, undè unitas Sacerdotalis exorta est, devincti semper et addicti justum ac legitimum obsequium tandem persolvamus; Ecclesiæ præbeamus aures; Augustissimo Regi, Primogenito Ecclesiæ filio, fidem nostram, venerationem, flagrantissimumque studium splendido et immortali pignore approbemus.

Die Sabbathi 23° Maii habita sunt in aulâ matutinensi horâ 2ª pomer. comitia D.D. Deputatorum comitia extra ordinem convocata ab Ampl. D. Rectore, in quibus a meritissimo scriba lecta sunt literæ Regiæ, quibus qn. Balthazar Gibert Syndicus Universitatis exulare jussus erat, et alterum, qui locum ejus occupaverat, eligi mandabatur. Re ab Ampl. D. Rect. in deliberationem missâ unanimi Clarissimorum Deputatorum suffragio electus est M. Franciscus Pitet Emeritus Philosophiæ Professor in collegio Gravinæo. J. Durand

Sequitur tenor Regiarum Literarum

Lettre du Roy a M. le Prince de Rohan Ventadour

Mon Cousin, J'ay jugé a propos de relegueren la ville d'Auxerre, le Sr. Gibert Syndic de l'Université de Paris, et de l'exclure de toutes fonctions de ladite place, ainsi que de voix active et passive et envée part dans les Assemblées de la Faculté des Arts, que dans celles de sa Nation. J'ay pareillement crû devoir exclure des mesmes Assemblées et de voix Active et passive, tous les Principaux, Professeurs, Bacheliers, et maîtres es Arts en la dite Université, qui ont signé l'Acte de Protestation du 11. de ce mois, jusqu'a ce qu'ils se soient desistez de ladite Protestation. Je vous envoye les ordres que j'ay fait expedier sur ces differents objets, et pour vous autoriser a proceder a la nomination d'un nouveau Syndic de la dite Université, a la place dudit Sr. Gibert. Le Zele et la prudence que vous avez marqué dans des circonstances aussi interessantes, m'assurent que vous tiendrez la main a ce que mes ordres soient exactement suivis. Sur ce je prie Dieu qu'il vous ait, Mon Cousin, en sa sainte et digne garde. ecrit a Marly le 14 May 1739. Signé, Louis; et plus bas, Phelypeaux. et au dos est ecrit. a mon Cousin le Prince de Rohan Ventadour.

Lettre du Roy portant ordre de nommer un nouveau Syndic.

De par le Roy.

Chers et bien Amés, ayant jugé a propos pour de bonnes et justes considerations, de Relegüer en notre Ville d'Auxerre le Sr. Gibert Syndic de l'Université de Paris, nôtre intention est qu'il ne puisse a l'avenir faire aucunes fonctions dependantes de la dite place: et étant necessaire d'y pourvoir, nous vous mandons et ordonnons de proceder a la nomination d'un nouveau Syndic de l'Université et de tenir la main a ce que ledit Sr. Gibert soit exclu de toute voix active et passive, et entrée aux Assemblées tant de la Faculté des Arts que de sa Nation. Si n'y faites faute, car tel est nôtre plaisir. Donné a Marly le 14. May 1739, Signé, Louis, et plus bas Phelypeaux . . . et au dos est ecrit . . . A nos très chers et bien Amés les Recteur, Doyens des Facultés, et Procureurs des Nations de nôtre premiere et ainée Fille l'Université de notre bonne ville de Paris

Sequitur Edictum Sive Decretum Regii Consistorii

Arrest du conseil d'Etat du Roy, qui ordonne la Suppression des Actes Signifiés a l'occasion de la conclusion de la Faculté des Arts du 22. May.

Du 14 May 1739.

Extrait des Registres du Conseil d'Etat

Die Sabbathi 1ª mensis Julii statim a Sacro in comitiis ordinariis censuit Veneranda natio postridie horâ decimâ faciendum esse Sacrum solemne quod solet fieri sextâ, idque occurrentis diei Dominicæ gratiâ. quod autem attinet ad tempus quo docere debent Emeriti, Celeberrimis professoribus visum est extractum conclusionis die 28 mensis Junii latæ, a me concedendum esse Magistris Durand et Fontaine Celeberrimis professoribus ac suis deputatis, quo libellum supplicem cujus mentio fit in illa conclusione a suo procuratore paporel scriptum offerant Catholico Senatui parisiensis procuratori. Sic igitur a me conclusum fuit. Basselin

Eâdem die horâ 1ª in Laudunæo apud amplissimum Rectorem, concessimus literas nominationis supplicanti jure magisterii artium et Quinquennii presbytero San-floranensi nomine petro Luissier. ad quasdam

Tribunali legendas chartas admissus est Magister Seigneur Celeberrimus philosophiæ professor in Cardinalitio, ex quâ lectione paluit procuratorem Catholicum Senatus parisiensis meditari literas novas patentes, quibus fortasse parisiensis Ecclesiæ archiepiscopo Decano et Cancellario Collegium Cardinalitium, exceptâ Disciplinâ, planè subjectum iri decreturus videretur) enixè postulavit ab omnibus ut collegio suo favorent, ab amplissimo Rectore ut Generalem Senatus procuratorem rogaret Communicationem literarum patentium priusquam emitterentur, ut si quid incommodi complecterentur, illud humili supplicatione posset removendum exhiberi. Egresso ex aulâ Magistro Le Seigneur res ab amplissimo Rectore deliberationi subjecta fuit, et unanimi consensu cundi hortati sumus Rectorem ut votis Magistri Le Seigneur annuens Generalem procuratorem sic in Collegii Cardinalitii gratiam conveniret ut conaretur communicationem prædictam obtinere, ipsique simul assensi sumus non male ab eodem illustrissimo magistratu sallem scisciando quæsitum iri num videretur meritò viris Tribunal academicum adu constituendis, excludendis officio Capellani in Collegio Sancti Michaelis, vir ibi jampridem contra Fundatoris mentem remanens quando annuo censu non mediocri vel ex patrimonio locuples vel alio modo impin qualis in domo pauperrimâ, pauperis locum occupat nec ante moturus pedem videtur quam cogatur per autoritatem legitimam aliò commeare. tunc recepit Rector se de utroque negotio fadurum postulata. Ingressus est denique Collegii augustodunensis provisor chartas quamplurimas afferens ut rationum de reditu sui collegii pluries initarum, et examini Cancellarii Ecclesiæ parisiensis subjectarum statum Tribunali paletaceret; quoniam vero vix tanta multitudo chartarum sine indice designari poterat, jussus et provisor illas reportare domum, iterum ad amplissimum Rectorem post quatriduum cum indice referendas. Mille circiter libellarum summa domino Fontaine ex arcâ pro Collegio Sancti Michaelis ut sequestro procuratori concessa Basselin

Anno 1741 die martis 18 mensis Julii horâ post meridiem quintâ in collegio Harcuriano comitiis extraordinariis Tribunium universorum de more per schedulam vocatorum ego procurator dixi spem affulgere post salutatum aliquoties a me simul et Quæstore virum nobilem nomine Juneau militibus præfectum, obtinendæ pro domo nationi nuper legatâ immunitatis a solvendo vectigali quodam annuo in subsidium militum pro cujusque suburbii domo qualibet solvi solito; sed eam in rem offerri oportere nomine nationis illi nobili viro, non triginta quidem aut quadraginta libellas sed calculos argenteos 24 istius fere pretii; cunctis Tribunis ad unum assentientibus, rem susceptam, si prædictâ conditione confici posset confectam. idipsum a me conclusum fuit Basselin.

Die 5a mensis augusti in comitiis ordinariis apud Harcurianos labilis non successisse quod propositum fuerat circa vectigal militibus pro domo nuperrime legatâ concedendum. Sum ingenuè confessus. atque hæc mane

Eadem die serotinis horis in Laudunæo apud Amplissimum Rectorem Celebratum Tribunal academicum ad quod accesserunt octoginta novem supplices pro literis nominationis jure magistrii artium et quinquennii, unus pro reformandis quibusdam in descriptione sui nominis; omnes admissos votis potiri volumus. Narravit amplissimus Rector procuratorem Catholicum Senatûs parisiensis noluisse communicare secum exemplar literarum patentium Collegio Cardinalitio destinatarum quod unicum scriptum haberet, adhuc etiam indigestum, quamvis id a se fuisset multoties rogatus; pollicitum fuisse simpliciter, quicquid improbaturus esset pro re academicâ Rector, cum apparuerit dictum exemplar, illud a se procuratore Catholico sic emendatum iri ut salva Universitatis

futura essent omnia. De Capellano Collegii Sancti Michaelis Coram Tribunali se sistente ac promittente se post propugnatas theses Licentiali in utroque jure demissionem suæ Capellaniæ circa paschalia daturum collatori, promissis ejus pendere visum mitius et commodius.

Basselin

Anno Domini 1741 die 14 mensis augusti horâ septimâ matutinâ in comitiis apud Mathurinenses habitis nominati sunt ac electi a Venerando ordine, quos designaverant examini Candidatorum in artibus præficiendos Domini Cancellarii; apud principem Ecclesiam Magister Dionysius Le Rat Collegii Justiniani primarius; apud Beatam Genovefam Magister Vray celeberrimus in Cardinalitio professor. Novem supplicibus, concessa postulata, quorum hoc unicum alicujus momenti. Condonatum fuit Reyberno Diacono quod ne dimidium quidem scriptorum professoris excepisset, partim quod morbo laborasset admodum diuturno per quem, assidue quamvis in scholam venienti, scribere non licebat; præcipue verò quod sæpius disputavisset, respondisset, instar coronidis de totâ philosophiâ theses publicas propugnasset. Indicta a procuratore comitia post vesperas in Mercurio eâdem die habenda.

Eâdem die post celebratas apud Harcurianos vesperas, in comitiis ad legatam a Magistro Le Sauvage Venerando ordini domum spectantibus et mane indictis, post collecta Tribulium omnium suffragia, Conclusi procurator expensum ac definitum iri a Magistro Joubert quas pecuniæ summas, perfectis operariorum commentariis ad Cæmentarios minime pertinentibus solvere oporteret; ad commentarios autem Cæmentariorum qui Jussu Domini Joubert laboravissent, adeundum Magistrum Boulee Collegii Montis aculi architectum qui statuat quanta sit illis operariis a fidelissimo Quæstore pecunia solvenda; post aliquot menses locandæ domûs gratiâ, habitatæ a Domino Bayx in viâ vernaculè dictâ Galande, ad insigne Scuti majoris, vernaculè le grand Ecu, debere jussu quæstoris per compita chartas affigi ac illos libellos quibus allici consueverunt conductores.

Basselin

Die Sabbathi 26ª mensis augusti habita sunt ut erant indicta in antecessum habenda comitia, cælerum ordinaria in Laudunæo apud amplissimum Rectorem in quibus se stiterunt septem supplices pro literis nominationis et ipsas impetraverunt. Nobilem virum homine Langlois admiserunt in locum quo celebratur Tribunal Rector et Universitatis Deputati; is autem Dominus Langlois subsignavit oblatum sibi a Notario publico instrumentum quod et Universum Tribunal subsignavit. per illud instrumentum conditionibus quibusdam Universitas prædicto Langlois locabat ædes majores quibus affigendas decrevit has vernaculas voces, l'Hotel de l'Université, in Suburbio Sancti Germani viâ Universitatis etiam appellatâ, locabat autem in spatium novem annorum.

Postea meritissimus Syndicus pilet negavit sibi pervaletudinem licere diutius munus onerosum Syndici exercere, monuit, ubi animus non deerat, vires ob frequentiores infirmitates deesse, postulavit igitur ut ne molestè ferret Tribunal se munus jam superiùs viribus abdicare; non obscure porro significavit sibi, pergratum fore si pro se Syndicus eligeretur qui, tam dignè sedebat Rector Dominus Vallette Le Neveu, minime tamen conditionem istam instrumento quo munus abdicabat appositurum ut libertas Tribunali plena relinqueretur. Audita vice Syndici designatus ab amplissimo Rectore qui loquebatur Magister Besoigne Universitatis Quæstor qui nihil attulit moræ pro re academicâ quominus ad eligendum Syndicum procederetur. Omnes igitur Deputati Universitatis unanimi consensu in Syndicum elegerunt Rectorem amplissimum; et ipse cum omnibus Deputatis Conclusit. Factum est ex tempore ad ædes Mathurinenses ut in loco Majorum novus Syndicus apposita manu ad librum Evangelii coram Tribunali toto in manibus sapientissimi Decani Sacræ Facultatis juraret

fore ut fideliter Syndici munus exerceret, quædam levioris momenti negotia fuere prælereà tractata quæ mihi videor ut leviora posse silentio premere. non omittam tamen fidelissimam picardorum Nationem suo ordine contulisse beneficium Castelleti quoddam, hoc est, unum e minoribus, Magistro Mathurino Vaillant; Quod observatum volui ut intelligeretur primum quodcumque posthac vacabit, Universitatis beneficium, suffragiis Ordinis Venerandi collatum iri. Basselin

Anno Domini 1741. Die 2ª mensis Septembris Ego Procurator in Comitiis ordinariis apud Harcurium stalim a Sacro convocatis, monui Venerandum Ordinem, a Magistro Bourse jam aliis occupationibus impedito in Sancti andreæ parœciâ nempe Vigilantissimi pastoris vices gerente, capellani munus deponi, quod jam annos aliquot accuratissime gesserat; me conjecisse oculos in Magistrum le Valois et ab ipso sciscitatum an, ut sperabam, id muneris esset libenter acceptura, neque me spem frustratam esse; nunc igitur esse Tribunium Venerandorum statuere quid ea de re tota procuratori vellent offerre concludendum. Omnes unanimi consensu 1um gratias amplissimas egere decedenti Magistro Bourse quod suo munere, toto tempore quo potuerat præclarè functus fuisset; in ipsius locum Magistrum le Valois libentissimo animo substituerunt; et ita cum Ordine Venerando conclusi Basselin

Die Jovis septimâ mensis septembris post vesperas in Harcuriano sacello celebratas, optavit fidelissimus Quæstor Tribules aliquandiu retineri de levibus rebus duabus consulendos, 1um an essent eximaniendæ foricæ apud Dominum Benoist unius ex domibus Nationis Inquilinum quod in cryptam ejusdem subterraneam exundarent, cui exundationi probabiliter dederat locum ipsamet exundatio sequanæ non parum incommoda. Deinde an conclave Dominæ Cot caleribus quadratis prorsus exesis jam deforme, foret recentibus ornandum; illam Dominam, ut obtineat optata, polliceri se dimidium sumtûs facturam. De re utraque censuerunt omnes, ex prudentiâ fidelissimi Quæstoris id faciendum esse quod postulatum fuerat idem ex mente Venerandorum Tribulium conclusi. Basselin

Die Veneris 15ª mensis Septembris, Qualuor procuratores una cum tribus Exrectoribus vel potius viris Rectoriis et magistro Denyse eum exhibente, qui 4us deerat, virum Rectorium, Syndicus Scriba et Quæstor Universitatis, comitati sumus amplissimum Rectorem ex ædibus Laudunæis ad privatam domum inquâ mortuus vir et ipse Rectorius Magister Carolus Rollin jacebat; et ex illis ædibus ad ædem Dei sacram sub invocatione sancti Stephani de Monte, ubi tumulandus erat prædictus Rollin venimus. agmen in itinere ducebat Cundisque, cerlè non paucis astantibus cum suo comitatu præibat atque præerat in sacris ædibus idem amplissimus Rector. Hæc autem omnia in honorem viri Rectorii cujusvis demortui fieri tristissimum est. Veli quo mortuus tegebatur angulos supra laudati viri Rectorii honoris causâ deferebant. Basselin

Die Sabbathi 16 mensis Septembris horâ decimâ matutinâ in sacello Laudunæo nobilissimus Marchio De Dreux rituum in aulâ Regiâ Moderator ac Magister suis stipatus fecialibus Rectorem amplissimum ac totum Tribunal academicum Regio nomine salutatum per literas invitavit ad celebrandam die Veneris 22 mensis Septembris ædem sacram totius urbis primariam Deo sub invocatione Deiparæ dicatam, ut interessent sacro faciendo pro requiete sempiternâ Reginæ Sardiniæ, illud videlicet Regia Epistola Completebatur. adduxerunt introeuntem, exeuntem ad currum deduxerunt missi ab amplissimo Rectore et reliquo Tribunali Scriba, Prosyndicus et Quæstor. postea vero de Collegio bonorum puerorum nonnulla lecta sunt quæ viderentur illius occasione statuenda, nondum statui potuerunt. bis mille libellæ ex ærario Universitatis a Domino Besoigne Domino Fontaine concedendæ dictæ sunt quod arcæ Universitatis claves deessent; intellectum ac statutum, statim redierint claves, repetitum iri ex ære Collegii sancti Michaelis in arcâ reconditam eandem summam. Basselin

Die Veneris 22 septembris horâ sesquinonâ matutinâ omnes deputati Universitatis venimus cum adjunctis ad scholas medicorum unde processimus horâ decimâ ad Basilicam Beatæ Mariæ ac ibi de more interfuimus sacris exequialibus pro augustissimâ Sardiniæ Reginâ factis. vix redieramus domum cum hora jam quarta dederat. Orationem funebrem habuerat Dominus Jegui caleribus firmis profecto destitutus fortasse quod ægrotasset. An egregia fuerit oratio non satis audita plane me latet. præsentes pompam comitabantur principes augustissimi Dux

Carnolensium ; Ducissa Condæa, princeps Contiua, pompa flebilis non tantum sed etiam eximia. Basselin

Die mercurii 4ª mensis octobris procuratores venimus ad amplissimi Rectoris ædes Laudunæas horâ septimâ, et cum ipso petivimus octavâ Mathurinenses, deinde vero post auditos in angulo claustri admissosque supplices A pro literis nominationis jure magisterii artium et quinquennii et 5ªm pro literis quoque nominationis jure quinquennii et Baccalaureatûs in utroque jure ; post sacramentum ibidem a Mathurino Vaillant præstitum ob capellaniam Castelleti recens a fidelissimâ picardorum natione sibi collatam ; post orationem demum in aulâ perelegantem ab amplissimo Rectore paucis habitam, ritè processimus ad ædem Deo sacram sub invocatione sancti Nicolai de Cardineto. Basselin

Die sabbathi 7ª mensis octobris statim a sacro quod in sacello Harcuriano factum de more fuerat transivimus in aulam Theologicam ejusdem domûs, ibique tria post audita suffragia statui ; die sabbathi 14ª ejusdem mensis celebratum iri solemne sacrum in subsidium ac memoriam magistri Pechart Tribulis antecedenti mense mortui. deinde domum nunc partim occupatam a Domino Bayæ locari posse Domino Noel qui quidem in singulos annos nongentas libellas ipsius obtinendæ causâ offerret. ad extremum venerando ordini declaravi a me in encomiasten divi Romani et invitatorem oratoris conceptum sine macula sanctissimæ Virginis Deiparæ celebraturi, elegisse dominum Tabarie celeberrimum humanitatis professorem in Lexovæo.

Eadem die horâ 1ª pomeridianâ in Laudunæo simul adfuimus apud amplissimum Rectorem omnes Universitatis Deputati. supplices quinque sunt admissi pro literis nominationis jure magisterii artium et quinquennii. Vir quidam nomine Coypeau, ut inter Universitatis pædagogos admitteretur supplicans, eâ de causâ in aliud tempus expectare coactus fuit, quod sufficiens esset pædagogorum numerus ; nec invenisset magistrum qui pædagogicum munus abdicans ipsi concessisset locum vacuum. Lecta sunt iterum partim quæ jam fuerant agitata die 16ª septembris ; nondum decretum est quidquam. Redditæ sunt Domino Besoigne bis mille libellæ quas ex Universitatis ære, Domino Fontaine Collegii sancti Michaelis procuratori sequestro in sumptus illius areæ Universitatis, pertinentes ad illud collegium, totumque residuum illius pecuniæ constituentes ter mille septuaginta circiter libellæ in reficiendis Collegii domibus tota collocata prope fuerat summa, vix eraserant quidquam qui faciendi fuerant pro collegio sumptus alii. Supplex accessit ad Deputatos Facultatis artium jam solos remanentes magister Lioult impetraturus, ut reipsa impetravit addi penultimam literam, l, nomini suo quod in plerisque locis scripserat Liout. Bursarius quidam Collegii sancti Michaelis per quandam expositionem ab amplissimo Rectore factam optabat studens utrique juri manere apud forensem procuratorem. Res judicio Rectoris amplissimi permissa fuit posteaquam expendisset an istud conciliari posse videretur cum legibus Universitatis. Basselin

Die martis 10 mensis octobris statim a sacro habita sunt comitia ordinaria in sacello Harcuriano in quibus qualuorvir electus est magister Fontaine ; indictum est sacrum in diem sabbathi horâ sesquisextâ celebrandum pro magistro Joanne le moine professore in Grassinæo recens mortuo. subsignatum est instrumentum quo locabatur Domino Noel nongentarum libellarum pretio domus quam antea memoravimus a me designatus fuit Orator invitando pontifici in diem conceptionis sanctæ Virginis Deiparæ. Magister Roulland celeberrimus in Lexovio professor. Designaveram privatim magistrum Tabarie Divi Caroli Magni encomiasten

Eadem die horâ decimâ tres accessere supplices et postulata obtinuerunt, confirmatus fuit qualuorvir ab ordine venerando, mane electus rata et grata habita sunt quæ gesserat amplissimus Rector in suo trimestri magistratu et literæ commendatitiæ quam honorificentissimæ concessæ. postquam sacramentum de more præstiterunt qualuorviri ium est ad conclave. substitutus fuit in locum Domini Vallette Le Neveu magister Joseph eloquentiæ professor in Lexovæo, vir sui

Decessoris virtutes diligenter imitaturus ut ipsi conjunctus amicitiâ virum
præstantem imitari magna jam virtus. Basselin

Anno Domini 1741 die Mercurii horâ septimâ matutinâ indicente
novo Rectore Comitia Deputatorum Universitatis habita sunt ad instru-
endum sive confirmandum ut moris est eundem novum Rectorem, et
ita res peracta est ut Exrector ad dextram Rectoris ante Syndicum
Sacræ Facultatis pro Decano assistentem sederet, juris utriusque Decanus
occuparet Rectoris latus sinistrum &c. Omnes ratam et gratam a suis
ordinibus per se Deputatos habevi electionem magistri Josse in Rectorem
declaravunt. oratiunculam declamavit amplissimus Rector; alteram
legit clarissimus Exrector, discessimus et rogavit Rector amplissimus
me domum duceretur ab omnibus Deputatis, soli remansimus eum
Comitaturi dum præibant apparitores, Exrector clarissimus, procura-
tores nationum honorandæ et Venerandæ; nemo alius quam clarissimus
Exrector in cubiculum novi Rectoris, id nempe perurbane impedientis
ascendere potuit, erat ad scholas properandum, ut reipsa properavimus.
Basselin

Die 22° mensis Octobris Divi Remani laudes elegantissimâ celebravit
oratione Magister Tabarie in sacello Harcuriano. Basselin

Die 4 mensis Novembris apud amplissimum Rectorem in Lexovio fuere
septem supplices pro literis nominationis. postulavit et obtinuit meritissimus
Syndicus fore in posterum ut quoties collegium aliquod lustrabitur, eâdem
hoc est, vernaculâ linguâ quâ statuta collegii scripta fuerit ipsum scribatur
si quod emittendum sit decretum; impetravit et hoc aliud, typis mandatum
iri quamprimum instrumenta plurima non tantum contenta libro quem
habebat præ manibus sed etiam ex aliis locis eruta quibus decla-
rantur ac probantur jura honores &c Universitatis. Fidelissimus Uni-
versitatis Quæstor monuit emptas a privato quodam, Nescio quot
soli Universitati exapedas qui per legem generalem astringere-
tur Universitati solvere, dominalûs ipsius agroscendi gratiâ denarium
decimum summæ qua solum emerat, atque denarium illum
nonnihil ex liberalitate Universitatis imminutum fuisse, sed inde hanc
sequi conditionem præscripto legis, uti debitor ante 21.um diem
post summam imminutam, eam numeraret Universitati, quod cum
nondum præstitisset, fortasse revocandam donationem qua diminuta
fuerat summa debita. decrevit ex omnium sententia Rector amplissimus
monendum debitorem, nisi solveret, inutilem sibi fallurum Universi-
tatis indulgentiam, repetitum iri ex ipsa, denarium decimum totum.
postea quam Decani recesserunt + cui ne concessa jam antiquitus annua
ex nuntialibus pensio solveretur, intercesserant creditores ejus aliquot,
visum est Ornatissimis Procuratoribus et conclusum ab amplissimo
Rectore nihil solvendum donec habitura locum intercessio, nec ipsi
cum illis convenisset intercessoribus plus postulantibus quam illi debebatur.
Basselin

Die 21 mensis Novembris in sacello Harcuriano post sacrum
postulavit pro fidelissimo Quæstore procurator an concedenda
esset habitanti in domo Venerandæ Nativitatis vocata vernaculè
le grand écu civi nomine Benoist quædam camini rimas
agentis et fumos in cubiculum per easdem rimas mittentis restauratio
non superatura sumptu libellas decem aut fortasse duodecim. Res
quæstoris prudentiæ permissa fuit. Basselin

Die 2° mensis Decembris apud Tribunal academicum in Lexovio
stilerunt se octo supplices pro literis Nominationis jure Magisterii
artium et Quinquennii quas impetrarunt. Dixit meritissimus syndicus
qui in domibus suis convictores haberent pædagogos ab Universitate
pendentes sex aut septem Dominum de Merville jussos adire, qui
magistratus illustrissimus de ipsis conqueveretur quod apud se submo-
nitores eos retinere non verevenhir quos ut male de religione
sentientes jam autoritas Regia compressisset; illis igitur pædagogis
mandasse magistratum eundem ut sibi nomina sua suorumque
submonitorum; deinde vero Catalogum suorum Convictorum, cum
nominibus, domicilio, occupationibus eorum uniuscujusque parentum
largirentur. Hic vero notavit meritissimus Syndicus id ab illu-
strissimo magistratu fieri quod sibi Syndico videretur ab ipso Tribunali
academico fuisse faciendum saltem ratione pædagogorum illorum
de quibus locutus erat. se jam cum amplissimo Rectore tam Domi-
num de Marville quam alios magistratus consuluisse num academi-
co Tribunali magis examen illud convenire ac vere academicum

esse assentirentur, aliâ viriâ non sine incommodo commissum iri; abipsis expressisse rem ea ratione quam proposuerant multo decentiùs tractatum iri. addidit ad hæc Syndicus se præterea scisciturum num annuentibus iisdem Magistratibus de pædagogiâ omnibus idem statuendum esset. silendum autem quamdiu res examini subjecta foret. ad meritissimi Syndici curam res præparanda, consensu Deputatorum unanimi remissa fuit. De Collegio bonorum puerorum actum est, illiusq adornandi decreti causâ, sed rursùs agendum erit. De Collegiis Sancti Michaelis et Trecorensi sic etiam facta mentio ut pro 1° definitum fuerit quasdam membranas quibus explicarentur ipsius jura, legendi peritioribus oblatum iri quò scriptura lectu difficillima, ut jam parlim, sic etiam tota intelligeretur; eoque simul et ad eadem instrumenta per notarium publicum exscribenda sumptus necessarios collatum iri. Deinde verò ejusdem primario et se sistenti et per schedulam postulanti ut lite Universitatem inter et ipsum pendente, vitandorum sumptuum causâ (qui faciendi forent si Senatui Supremo res deferretur) vellet academicum Tribunal sibi primario duplicem bursam nonnihil amplificatam, nempe libellarum saltem quingentarum, in deductionem Summæ a magistratibus olim concedendæ, jam actu decernere, salvo videlicet parlium jure postulata largitum est Tribunal eâ conditione ut bursam duplicem libellarum quadringentarum, sive bis ducentarum, eâ duntaxat de causâ excederent libellæ quas imperliebat in singulos annos, ad senatusconsultum usque, quingentas, quia per bursarjorum absentiam è Collegio, deperierat primario commodum quoddam ex sumptâ de ipsis ædendis curâ, quod non collapsis ut nunc sunt, verùm stantibus Collegii rebus fuisset orituruum. Uti deinde sumptus majores vitarentur fuit itidem constitutum ut quamprimum vænumdaretur supellex ab ultimo Gymnasiarchâ Collegio legata pro Trecorensi verò statutum fuit ex arcâ Universitatis edultas, postulante magistro Fontaine libellas bis mille circiter in ipsâ ex ære collegii conclusas, illi procuratori sequestro concedendas, ad restaurandam quandam ejusdem Collegii domum in vicinia Sancti Hilarii positam sicut restaurari senatusconsulto licitum erat. ad arcam aperiendam missuri claves reliqui, Matras allaturi et interfuturi Rector amplissimus et Ego fuimus designati.

Qui non solvisse suo tempore dicebatur in antecedente Tribunali quam summam solvere Universitatis Quæstori debuisset, id prorsus legitimâ causâ tarditatis allatâ declaratus fuit in culpâ non esse.

Interroganti Quæstori Universitatis an solvendæ Hæredibus magistri Gibert libellæ octoginta circiter ad electionem usque magistri pilet in syndicum illis Hæredibus ab Universitate debitæ, sic responsum est ut solvendæ decernerentur

Qua quidem occasione Deputatis omnibus unanimi consensu visum est ipsi magistro Jacobo Vallette le Neveu nunc syndico (qui, statim egressis est, ubi mentionem sui fieri deprehendit) sexaginta libellas fixas et quingentas quadraginta in annuam pensionem honorariam liberam æque ac magistris Pourchot et Gibert concedendas, dummodo rem non improbent Facultates et Nationes ex quarum definitione suspensam esse liberalitatem illam videri oportere, sed illis ordinibus justam a Deputatis esse repræsentandam

Basselin

Die 5a mensis Decembris in Harcurio statim a Vesperis, cum haberentur Venerandorum normanniæ procerum comitia ordinaria, fuit a me procuratore missum in deliberationem utrum videretur decretum Tribunalis academici mensis Decembris die secundâ celebrali ratum et gratum habendum quo Decreto destinabantur Syndico Universitatis meritissimo Jacobo Vallette le Neveu in annos singulos ex Universitatis ære, præter sexaginta libellas honorarii fixi, libellæ adhuc quadraginta et quingentæ hoc est summa sexcentarum omnino libellarum quantam acceperant quoque quotannis quoad syndici munus habuerant ejus decessores magistri Pourchot et Gibert. Declaraverunt omnes

ad unum Ordinis Venerandi Tribules, vehementer a se probari Tribunalis Academiei decretum, se Tribunali prorsus assentiri, summam libellarum sexcentarum quotannis ex reditibus Universitatis esse meritissimo Syndico persolvendam et sic a me procuratore Conclusum fuit Basselin

In iisdem comitiis Conquerens fidelissimo Quæstori quod Tegulorum dispositori pro Venerando ordine laborare solito non placeret facta per nostrum architectum sui laboris æstimatio, permissum fuit ut pretium dictum ab architecto solveret, litem, si futurum esset ut ab homine justâ mercede non contento intenderetur, pro Venerando Ordine sustineret. Indictum est Sacrum in diem crastinum pro requiete sempiternâ Magistri Petri Leguillon fato fundi. Cum postridiè foret interfuturus actui sub auspiciis Serenissimi principis De Rohan Ventadour propugnando qui Tribus invitandus erat ad laudationem Virginis Deiparæ pronunciandam die immaculati ejus conceptûs, declaratus est immunis ab illâ invitatione audiendâ et ejus æmulus a proferendâ; statutum tamen destinatam eam in rem sportulam sua ad ipsam habentibus minime perituram Basselin

Die octavâ mensis Decembris anno Domini 1741 oratione de immaculato Deiparæ conceptu suam pietatem et industriam probavit et commendavit Magister Salis de la Garenne Zelo religionis inprimis animatus. Die 13ª supplices pro lit. nom. et un librarius accessit et Quatuorvir electus fuit Magister paulus Godebout Baccalaureus Theologus.

Die 16 mensis Decembris post Missam in Justitiano Jussu Matutinensesque octo supplices pro diversis, hora decima apud votis compotes facti sunt. Confirmatus qui manè fuerat Quatuorvir electus, grata et rata habita sunt quæ gesserat amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, decreta sunt ipsi literæ commendatitiæ quam amplissimæ. fuit rogatus idem ut gratias Eminentissimo Cardinali Regis administro et Generali rationum publicarum inspectori ageret quod ipsorum ope professores præclaræ Facultatis rursus immunes declarati fuissent a solvendâ parte decima summæ quam ex nuntiatuum reditu percipiunt; vivâ voce an scripto gratiæ forent agendæ penes amplissimi Rectoris prudentiam fore statutum fuit Basselin

Die 30 mensis Decembris celebratum in Flaviano Sacrum ob sequentem postridiæ Dominicam. Basselin

Anno Domini 1742 die 13 mensis Januarii coram Tribunali academico apud amplissimum Rectorem in Lexovio se se steterunt tres pro literis nominationis supplices quibus concessa postulata. Lectum est a Meritissimo Syndico Scriptum quo directores domûs Longobardorum optare videbantur uti Tribunal statueret non ab illo Collegio sed ab aliis esse solvendam summam occasione fundatæ burse duplicis in eodem collegio. Negavit rem Tribunal a se definiendam esse recepit se suâ commendatione, si res postularet, supplices adjuturum

Cum postulasset in Tribunali mensis Decembris, qui Collegii bonorum puerorum gerit negotia domûs ejusdem Religiosus dato libello detrahi ac imputari sibi per academicum Tribunal summas pecuniæ jampridem ad restaurationem diversarium ædium applicatas, neque memoraret summas mediocres, quoniam hunc temporis definitum fuerat expendendum libellum a Syndico meritissimo id a se factum testatus est; itaque definitum est a Tribunali, ante tres hebdomadas demonstraturos domûs Religiosos quam accuratissime, quantas pecuniæ summas mutuati fuissent ac insumpsissent

Rogatus fuit amplissimus Rector ut ad se vocatos duos Quæstores fidelissimæ nationis ad quæsturam gravem humeris deponendam adhortaretur nisi deponerent ultrò, Tribunalis id optantis autoritati statim ut reprehensione dignos obnoxios fore moneret, uni duorum qui factos a se sumptus narravit, pecuniæ quam reposceret habitum iri rationem conclusum est, ubi deberi probavisset.

Dixit meritissimus Syndicus denuntiatum sibi fuisse, sic litem interedentem inter Ecclesiæ parisiensis Capitulum et Universitatem de non supponendis ullis præbendis, ad Consilium Regium recens evocatam fuisse ut intra brevissimum tempus Universitas, si jura tueri vellet, eadem scriptis probare teneretur. totum negotium Syndico commendatum, et uti decebat, invitatus

fuit ad consulendos patronos Universitatis quidem ordinarios duos, Regii aulem Consilii, præter Decanum patronorum, et ipsum Magistrum Clement

Eidem aulem Syndico meritissimo, suffragiis plane consentientibus Trium Facultatum superiorum et nationum quatuor assignatæ sunt in annos singulos sexaginta libellæ instar honorarii fixi et quinginta quadraginta instar incrementi liberè superaddi quidem, sed, ut spes est, ratione ipsius, perpetui futuri, sicut magistris pourchot et Gibert antea persolvebantur. extradum ex commentariis Facultatum et nationum quo res constaret se — proxime futuro Tribunali exhibituros Decani sapientissimi non minus quam procuratores ornatissimi, Deputatis quisque pro suis, pollicitis sunt. Basselin

Anno Domini 1742 die Sabbathi 20 mensis Januarii post sacrum in collegio Harcuriano celebratum, Ego procurator Tribules Venerandos ne discederent ad comitia vocari fussi, monuique cupere meritissimum Universitatis Syndicum ut sibi concederetur exemplum conclusionis a Tribubus omnibus nuper unanimi consensu latæ de sexcentis illic libellis in singulos annos ex ære Universitatis meritissimo Syndico assignandis; Dandum conclusionis exemplum censuerunt omnes et Ego procurator concludi Basselin

Kalendis mensis Februarii Versaliis Regem, Reginam, Serenissimum Delphinum et Illustrissimum Franciæ Cancellarium totidem orationibus elegantissimis allocutus est Rector amplissimus, visusque non minus principibus quam suo comitatui placere, cui profecto vehementissime placuit. Basselin

Die 3ª mensis Februarii apud amplissimum Rectorem in Lexonio tres omnino se stiterunt pro literis nominationis supplices, quas jure magisterii artium et quinquennii obtinuerunt. Legit postea Scriba meritissimus quæ peracta in Tribunali mensis Decembris, nondum a se descripta prius aut festa, quod abfuisset. non addidit quæ fuerant agitata et conclusa dum aberat mense Decembri, quod nondum ab universitatis quæstore de ipsis observata scriptis mandare per tempus licuisset.

Cum lis exorta de jure duorum magistrorum ad examen candidatorum ex eo penderet quod unus ex illis magistris licet junior a tribu Bituricensi sua, jus examinis obtinuisset, alter a totâ natione Gallorum ut antiquior, atque res Tribunali academico dirimenda proponeretur, Tribunal sententiam tulit in gratiam antiquioris nomine Mercitano. De nostra cum Ecclesia parisiensi lite hortatu sumus meritissimum Syndicum ut quam posset validissimè jus universitatis per ejus patronos, vulgò advocatos, coram Augustissimo Rege conaretur scriptis tueri. De prædagogiis, quorum antea facta mentio, dixit meritissimus Syndicus ita se cum ipsis egisse ut meliorem ipsorum sortem fecisset. stitit se magister Bernard electus Sanctæ Genovefæ procancellarius qui fidem academiæ dedit in manibus amplissimi Rectoris. procurator Universitatis in Castelleto parisiensi, commendatus ab illustrissimis magistratibus quorum Epistolæ lectæ sunt, DD. De la Moignon et Gilbert de Voisin, electus est magister Le Roy cujus in familia jam idem fuerat munus, ætatis in hæredetenerioris causâ intermissum et in alienas manus dilapsum. Basselin.

Die 20 mensis februarii horâ 2ª apud mathurinenses actum est in Tribunali de aperiendo ut antiquitus rotulo. Legit fidelissimæ nationis procurator ornatissimus conclusionem per quam sua natio Tribunalis hortatu novos quæstores elegerat pro magistris D'arly et Geffroy. Elegerat autem magistros Riquier et Kervall. Rogatus fuit meritissimus Syndicus ut istam Conclusionem et sententiam Tribunalis de ipsâ admittendâ curaret a curia parlamenti pro more approbari et, ut loquuntur, homologari. Lectum est instrumentum quoddam Tegulorum Dispositoris collaturi suam operam in reficiendis prout exigent, universitatis Domibus præter unicam sitam in via San-Jacobeâ fixo pretio in annos singulos centum quadraginta et octo libellarum ea conditione ut quotannis sexc tegulorum novorum hexapedas in locis ab architecto Universitatis designandis collocaturus sit. Deputati sunt qui instrumentum istud pro Tribunali subsignent meritissimi Syndicus et Quæstor. Sacramentum in manibus amplissimi Rectoris academiæ dedit magister Le Roy electus nuper Universitatis procurator in Castelleto. Basselin.

Die 3ª mensis Martii comitia Deputatorum Universitatis habita sunt apud amplissimum Rectorem in Lexovæo. stitevunt se supplices quinque pro literis nominationis jure magisterii artium et quinquennii. lecta sunt acta comitiorum antecedentium aliquot a meritissimo Scriba. Narravit meritissimus Syndicus quis esset contentionis nostræ cum Capitulo parisiensi status, probationes nostras in ordinem scripto redegisse advocatos, non censuisse typis mandandas; offerendas in tempus opportunum differre, totam rem non videri tam cito decidendam. accessit ad comitia quidam

Capellanus Suessionensis rogaturus Tribunal academicum ut accederet ad
litem quam ipse et socii sui in Ecclesiâ Suessionensi Capellani contra canonicos
ejusdem Ecclesiæ in Curia parlamenti parisiensis sustinebant, quod interesset
Universitatis impedire quominus extinguerentur non solum Capellaniæ
quamplures, sed etiam Canonicatus aliquot, uti faturus videbatur, nisi
resistere tur, Episcopus Suessionensis. Responsum est rem maturiùs perpen-
sum iri, sed nihil videri nisi quo tempore prudentia moneret faciendum.
postquam Capellanus egressus est, Consulendos a meritissimo Syndico, dixim⁹
Universitatis patronos, per ipsum Capellanorum patronum certiores ac
peritiores rei totius faciendos, tumque quod facto fuerit opus Tribunal
cognaturum, intelleximus. Addidit meritissimus syndicus se quamprimum
Religiosis bonorum puerorum missurum explicationem ac seriem postula-
torum Universitatis, cum ipsi videntur non facilè dicto audientes
futuri. Scisitatus est fidelissimus Universitatis Quæstor an esset solven-
dus denarius decimus summæ quotannis ab universitate debitæ
creditoribus diversis et inter alios Regi pro domo Universitatis in
viâ San-Jacobeâ nuper coempta; Creditores enim ab illo denario
decimo dimittendo suam immunitatem causari; dictum est, solvendum esse.
Supplicationes Universitatis ad ædem Deo sacram sub invocatione Sancti
Stephani de monte, indictæ sunt in diem 13.am mensis Martii; Rectoria-
vero Comitia sub tecto Mathurinensium in diem decimam septimam. Basselin

Die martis 13.° mensis Martii supplex unicus in angulo claustri
mathurinensium obtinuit literas nominationis jure magisterii artium
et Quinquennii. Treis librarii sunt ad sacramentum admissi ante supplica-
tiones ad Sanctum Stephanum de monte Basselin

Anno Domini 1742 die 17 mensis martii post sacrum in Harcu-
rio pro viribus egi gratias toti venerando ordini. Supplex accessit
pro munere procuratorio Magister Desmonts vir censorius et multiplici
nomine commendatus atque admissus fuit. Quæ gesseram in annuo
magistratu rata et grata habita sunt et concessæ mihi fuerunt
literæ commendatitiæ perhonorificæ, denique quod pro more rogaveram
electus fui Quatuorvir. Basselin.

Hora 10.ª sub tecto Mathurinensium confirmatus sum Quatuorvir,
Sex admissi sunt Supplices. Inscribendam esse in Commentarios Univer-
sitatis Epistolam Eminentissimi Cardinalis Regis administri ex sententiâ
omnium nationum conclusum fuit. Deputatus est Magister Vallette le
neveu cum adjuncto quem esset electurus, ut Facultatem Salubervimam
adiret ac præclaræ Facultatis nomine averteret ab admittendis ut
nuper factum est inter Doctores suos candidatum ullum qui non
fuisset vel magister in artibus in Universitate parisiensi vel annos
jam octo magister in artibus in aliâ universitate, uti Salubervimæ
Facultatis statuta jubent. Orationem brevi gratulatus sum amplissimo
Rectori fasces Rectorios ipsi per Quatuorvitos unanimi consensu
libentissime fuisse prorogatos. Epistola Regis administri de qua mox
loquebar, professores immunes declarabat a solvendo denario decimo
summæ quam ex reditibus nuntiaturum hauriunt. Basselin

Acta Venerandæ normannorum nationis procuratore m. petro Jacobo Elizabeth Desmonts presbytero constantiens. S.S.D. Baualauio theologo, a die 17ª martii 1742. ad diem 24 ejusdem mensis 1743

Anno domini millesimo septingentesimo quadragesimo secundo die 17 martii venerandæ normannorum ~~tota~~ natio in sacello haberi solito pro more suo congregata bene precata est piis manibus magistri joannis rotundi quondam munificentissimi tanto viro ubi præsentatum est, unanimi consensu renunciatus tum procurator in cujus beneficii memoriam grates habui quam potui maximas Desmonts

Die 7ª aprilis horâ post meridiem primâ celebrata sunt solita deputatorum universitatis comitia in Lexouio apud amplissimum rectorem in quibus audiri sunt et admissi qualuor supplices pro — litteris nominationis. Desmonts

Die 26ª horâ tertiâ matutinâ omnis cœtus amplissimus rectoris M. joannes josse contribul noster, rhetoricus professor in Lexouio, bonis omnibus — desiderandus ac lugendus. Desmonts

Eodem die hora 10ª matutinâ habita sunt apud clarissimum executorem M. Valette tenuere in Lexouio extraordinaria deputatorum universitatis comitia in quibus M. Besogne universitatis fidelissimus quæstor, nominatus est qui rebus omnibus quæ ad solemnem pompam funebrem amplissimi rectoris pertinent, prouideret.

Die 28 tribunal academicum corpus amplissimi rectoris aspersit aquâ lustrali in ade sacrâ collegii choletai. Desmonts

Die 30ª horâ decimâ matutinâ corpus amplissimi rectoris subsequentibus cunctis universitatis ordinibus delatum fuit ad ædem deo Sacram sub — invocatione sancti Stephani in monte, in quâ, post missam, tumulo fuit mandatum.

Die 5ª mensis maii habita sunt comitia venerandæ nationis in hasenio, post sacrum magistri le loup Baualausensis theologus, fuit se supplicem ut jure magisterii in scribus et Baualausensibus in theologiâ admitteretur in gremium venerandæ nationis; censuit venerandâ natio dictum magistrum le loup esse admittendum tum omnia ad Sacramentum et juramenta solito more de mensis juditata Veneranda nationis testaturum et necessitatem ornatissimus procurator debitam habituram. Desmonts

Die 22 ejusdem mensis venerandæ natio parentauit piis manibus joannis josse demostenis rectoris convocatis suis mandato publico cujus hæ sunt verba nos petrus Jacobus Elizabeth desmonts, venerandæ nationis procurator omnibus et singulis ejusdem venerandæ nationis tribulibus. cum inopes præmatura non minus quam acerbâ morte extinctus est amplissimus universitatis rector qui nec pro suis ornatibus laudari, nec pro nostro omnium mœrore lugeri satis potest palam — ornavit academia Lutetia. tota universitas meluit una quodam familia ad parentandum optimo parenti adstaret convenit pariter a — singulis ordinibus indicta precis, indicta compotatio. his exemplis tuis

dolore simul et amore conciliata venerandæ natio quamornatissimos rectores et tribunos Joannem Jone magyarum proceres pro ejusdem rogatis capiendis, sacra solemnitas peragendæ decrevit. quare omnibus ac singulis venerandæ nationis tribunibus mandamus ac præcipimus, ut cæteros autem viros academicos ornatus invitet me, quo habitu ac ornatu interesse solent solemnibus academiæ supplicationibus eadem nobiscum adsint in ædem sacram collegii hasceviani, die lunæ 21° mensis maii horâ ipsâ duimâ matutinâ, ubi ad venerandam aram altissimam animo sequiente amplissimo viro ultimam sanctam ultimam salutarem proni ad eam et supplices tristes genua labentia et pectora pavimento die mercurii decimo octavo mensis maii anno domini 1742°. amplissimus rectores ad fores in vestibulo. ornatissimus procurator sedia a dextris more solito, parietes sancti erant vestibus atrati. ad fores frequentes tum venerandæ nationis tum cæterarum nationum tribules. erecta fuit in medio cum umbella funalis imago sepulcri superpositis corona rectoris et stola sacerdotali. virginis quatuor versis unius libro incumbata. Desmonts

Die 2° mensis Junii, habitis in collegio hasceviano comitiis ordinariis post sacrum magistas germain grammaticæ professor nominatus admissus est in gremium venerandæ nationis juxta magisterii in artibus et Litterarum nominationis. Desmonts

Die 23 ejusdem mensis habita sunt in collegio Justiano venerandæ nationis comitia quadrennialia in quibus post sacrum electus est quadrennium magister bourse Licentiatus theologus. in iisdem comitiis dicta fuit dies sabbati 7a Julii quâ justa persolvendas piis manibus venerandi tribulis magistri vitæ professoris emissi. denique meritissimus Syndicus et cæteris clarissimus dominus tenentur quæstor generalis nunciatum electus est.

Eodem die horâ sequidiimâ in comitiis generalibus prælatæ æstium facultatis apud matusinenses, post ornatissimam clarissimo rectore habitam, omnes nationes rata et grata habuerunt quæcumque gesta fuerant tum ab amplissimo rectore dematteis tum a clarissimo rectore in trimestri magistratu omnes supplices admissæ in tribus nationibus confirmati sunt quadrennio, in honorandâ vero natione acta inter quadrennialium contentione inter magistros poetices et eruditionis professores philosophiæ celebrissimos de judicata a clarissimo rectore et abjudicatis comitiis fuit tamen utrinque intersessionibus itersum aquæ itersum reputisque clamoribus dissoluta sunt comitia et nemo rector renunciatus est. Desmonts

Die 28 ejusdem mensis horâ sexta matutinâ habita sunt venerandæ nationis comitia in hasceviano in quibus pompam bene prælatum est pro piis manibus Joannis Versanthieni de venerando ordine bene merito, venerandæ natio existimavit gratias agendas

cum magistro Sorbonico quæstorizas fidelissimus præfuisse diligentiâ usurâ in rebus agendis memorandæ nationis curavit; cum ego curandum ut coram meminerit in annum persungeretur. Deinde ne moveret appellari suum inter professores magistri Babelin et Labarie inter baccalaureos magistri Salis et Debourgueil qui una cum ornatissimo procuratore sapientissimo decano magnisque viris perpenderent et examinarent rationes accepti et expensi a fidelissimo quæstore. nominati sunt insuper ab ornatissimo procuratore quatuor magistri qui candidatorum assumerentur tentarent, appellati sunt inter professores magistri Le mounier et Bonnet inter baccalaureos magistri Amel et de Ligney. Dumouty

Anno Domini millesimo septingentesimo quadragesimo secundo die Mercurii quartâ mensis Julii, procuratorem ornatissimum domi delinente morbo, præfui, ut morem est, exprocurator, apud fidelissimum Quæstorem in Regiâ Navarræ, expungendis rationibus acceptis et expensis Venerandæ Nationis, in quibus omnia deprehendimus uti dilucidè conscripta sic peracta diligenter. Illas proinde libentissime subsignavimus. Basselin

Die Sabbathi septimâ ejusdem mensis, exprocurator similiter apud Harcurianos sedens, comitia statim a sacro celebrato indixit. Supplex accessit et admissus fuit pro Regentiâ et Scholis jure magisterii artium et Baccalaureatûs in sacrâ Facultate parisiensi Magister Ludovicus Noël subdiaconus Constantiensis. Deinde vero cum ægrè tulisset Quæstor fidelissimus quædam sapientissimum Decanum in Quæstoriis Commentariis inseruisse, quæ quidem excripta simul cum suis observationibus et a me coram ordine Venerando legi, ut lecta sunt, et hic addi optavit Quæstor fidelissimus, ut mox audientur, hæc verbacula, de quibus agebatur, ipsius verba.

Comple rendu le 27. Juin 1739. reliqua 2062. 15. 9.

Je soussigné reconnois le dit comple sans aprouver l'immatriculation de Monsieur Crosnier ni le paiement des frais faits au Conseil, et je remets la decision a Mr. Le Redeur; ni ce qui concerne les changements recemment faits a ce qui etoit pratiqué a l'égard du 1er apparileur et j'ai signé

Comple rendu le 28 Juin 1740. reliqua 7621 ll point signé par Mr. Dagoumer.

Comple rendu le 5. Juillet 1741. reliqua 3469. 2. 3. — reserve de Mr. Dagoumer, sans prejudicier a la Sentence du chatelet.

Comple rendu le 4 Juillet 1742 La recelle totale monte a la ~~Je soussigné~~ somme de 9931 ll 17 s 3 d

La dépense totale y compris les reprises a la somme de — 9657 ll 15 s 1 d

Le reliqua est de 274. ll 2 s 2 d

Les reprises montent a celle de 1365 ll 10 s

Je soussigné approuve le present compte sans préjudicier aux reserves par moi faites tout les comples précédents, et sous la condition que les payements faits pour les réparations dans la maison de la rue des francs bourgeois seront mises de suitte.... pour être jointes aux titres de propriété

Ex votis fidelissimi Quæstoris palam et quidem tam enixè Venerandi Ordinis sententiam roganti, in deliberationem (postquam auditus fuisset integerrimus Censor) et existimavi mittendum et reipsa misi, quid videretur ea de re statuendum. Voluit Veneranda Natio nullam haberi rationem eorum quæ sapientissimus Decanus observasset. probavit vehementissime quæ gesserat Quæstor fidelissimus Et Ego cum ordine Venerando concludi. Horum verborum lituram probo Basselin

Conclusio Venerandæ nationis, Inquâ ne ferentes
quicunque acta sunt orationes diplomatis regii datæ die
Junii vigesimo nono hujus anni et denunciatis suo procuratori
per aliquem regii consistorii die trigesimo ejusdem mensis,
et libelli supplicis oblati supremæ curiæ a magistro Lallemant
eloquentiæ professore in collegio mechiano qui se dicit
universitatis syndicum nimis agentem, parites denunciati die
vigesimo septimo Julii.
In comitiis extra ordinem habitis, vocatis singulis tribulibus
pridie per schedulam, ut moris est die lunæ trigesimo Julii.
ego procurator antequam quidquam mihi aliquam indeliberationem
delatam me hac in parte minime justum esse suspicionem
die vigesimo tertio Junii, In judicio a clarissimo executore lata
contra electionem quatuorviri ab honorandâ natione factam
quâ delatione audita singuli tribuli mihi gratulati sunt
de meo candore et reverentiâ erga venerandam nationem matrem
meam et nobilissimum procuratorem ipsius sedem specialim etiam
quantum ad istud negotium. quo facto quæsivi a memorandis tribulibus
quid censerent de hisce significationibus. tum postulatum a singulis
et denunciatis facta nomine magistri Lallemant, alta voce legentur
quâ lectâ conclusum fuit ut duumvir et censor deputati nati quibus
adjunctus est magister Ludovicus nicolaus docendæ philosophiæ
professor emeritus in casu denatis adirent procuratorem in
senatu parisiensi magistrum postulare ut ab ipso scirent quo
ordine quâ formulâ quæ continentur in libello supplice a magistro
Lallemant supremæ curiæ oblato, essent dirigenda, prosequenda,
postulatumque est a me ut convocarem per easdem schedulas tribulos
singulos quorum plures absentes a comitiis ut adessent die jovis sequenti
augusti horâ quintâ, post scholas deputatos audituri.
In comitiis judicialibus ut habitis ut supra, antequam audirentur
deputati, lectum est diploma ex motu proprio regis datum mihi
significatum quo diplomate rex augustissimus decernit ut
supremæ curiæ parisiensis statuat id omne quod ipsius decretorum
senatus consulti lati die vigesimo nono mensis aprilis anni 1670
et datum sufficientem ius qui jus habent eligendi quatuorviros
sicut fieri potuisset ante convocationem controversiarum in nationibus
de hac electa natarum et ejusdem senatusconsulti suspensionem
quo facto singuli tribuli applaudentes summam reverentiam
et obsequium professi sunt diplomati regio supremi domini
nostri et patris universitatis. Domini deputati multa retulerunt
de ordine et formulâ servandâ contra denunciationem libelli supplicis
factam a magistro Lallemant sed quia non fuit consensus unanimis
quem apud suos in nostra venerandâ natione requisivit ne pax servaretur
in suis comitiis et conclusionibus, ideo res tota ab ipsâ venerandâ est
in suis comitiis et conclusionibus

ad comitia ordinaria ejusdem nationis quæ habenda forent
die sabbati quinta mensis augusti Desmonts

Ibi hisce comitiis ilesum quæsiui placita libellum de exemptionis
debita diplomati regio Augustissimi, ilesum omnes applaudentes
professi sunt debitam obsequentiam et obsequium eidem diplomati:
tum quæsiui ab iisdem num placuerit denunciatio libelli supplicis
oblati a magistro Lallemand supremæ curiæ parisiensis sub
nomine prosyndici et fungentis syndici ejus. unanimi consensu
natio censuit jo quantum ad formam eumdem magistrum
Lallemand qui nullo alio sine instrumento probante se esse pro-
-syndicum universitatis nec præsentia salsamentum non modo
ipsi prælatæ facultati artium sed nequidem ipsi universitati
quod quidem de jure præstari debet, ipsum nullo titulo immixtum
obtulisse eumdem libellum. 2°. quantum ad rem et ad omnes
postulationis articulos ut catalogus tam regentium quam
baccalaureorum qui vellent cooptari in gremium nationum
defensatus universitatis syndico remandata natio censuit sal-
-tem placito supremæ curiæ, nullam habendam esse relationem
ejusdem postulationis quia ut dixerunt datum die vigesimo nono
mensis aprilis anni 1670 emolumenti demandetur 3°. istam exemptionem
supremæ curiæ nolunt eas partes amplexuntur se pollicetur quibus
ipsi religiosissime satisfaciat. quæsiui 2° quid censeret ipsa natio de judicio
Lato die 23 junii ab illustrissimo et reverendissimo vocatis procuratoribus nec
non ipso magistro Lallemand qui dixit pro omnibus universitatis
et magistro Picart scribâ ejusdem universitatis unanimiter dixerunt
se non posse pro bene isto judicium, tum quia nullum a primis
temporibus universitatis ad hanc usque diem simile latum exemplum
tum quia motiva quibus istud judicium latum est manifeste oppug-
-nantur conclusionibus trium nationum, nempe honorandæ fidelissimæ
inconstantissimæ quæ authoritate supremæ curiæ die 13 decembris
1713 roborata sunt, (non audito tunc temporis vetore amplissimo,
cujus jura salva quidem sunt hoc decreto sed non definita nec
determinata) tum quia ipsa natio semper fuit et juxta nominationum
magistratuum suorum sine officiariorum pro suâ libertate stabilita
usu suo a primæva temporibus confirmata pluribus senatusconsultis
Quantum spectat ad aliam postulationem magistri Lallemand
ut negotium si quod amoveatur circa electionem quatuor virorum
qui electi sunt in nationibus ad electionem rectorum officialium
de plano ad curiam vocatis nationum procuratoribus salvo jure
contendentis ad alium tribunal vel ipsa quantum spectat ad emolumenta.
nationem definita est suo judicio quo sunt qualuorviginti electi
qui de plano manere debent quadruplicia. atque ita suffragiis omnibus
conclusum fuit. Desmonts

Die 6ª mensis octobris post sacrum habita sunt comitia
ordinaria in hac sede in quibus hæc supplex post sacramentum
præstitum et ad hanc sedem promissam decreta prælatæ facultatis
circa renovationem appellationis ad futurum concilium a constitutione
unigenitus et ejusdem constitutionis amplexum, cooptati sunt in
gremium et senatum nationis Desmonts

Die 10a ejusdem mensis finis precibus precor frigeri animæ
Joannis Soanni habita sunt comitia quæ dum minalia in quibus
suppleta admissus est in gremium venerandæ nationis nullus vero
quatuor viri electus cui et contradictio in præclarâ artium facultate
ortâ nondum dijudicatâ, nullusque consequentes vetos fuit renunciatus.
Die 13a ejusdem mensis postquam Deum optimum maximum
deprecati sumus pro æternâ requie animarum de Sr Aubin aquensis
habita sunt comitia extraordinaria hora 2a pomeridianâ in quibus
præsidens orbis e secundo in primum et alter appellationem ex
mahault duncagan Jn secundum ea tamen conditione ut decimus
non admittatur et det cautionem sufficientem rem judicatam ejus
ex primis appellatoris committerentur atque ita a me conclusum est
et sacramentum præstitit intra manus meas mahault duncagan Desmonts
Die 23a elegantissimâ oratione Laudes Sti romani celebravit m. Jone
Sarchalaudensis theologus. Desmonts
Die 27 octobris habita sunt pro more comitia censoria Jn —
quibus unanimi consensu Jn censorem electus est m. Bourse
Licentiatus theologus. Desmonts
Die 4o mensis decembris beatissimæ virginis sine labe conceptæ
festum pro more celebratum fuit in aula harcuriana pontificiis pertes
implebat præclarus magister rouyer eloquentiæ professor in monte acuto.
Defuit hac anno oratio panegyrica. Desmonts

Supplicatos universitatis mensis decembris facta fuit ad aedem deo
sacram sub Jnvocatione Sancti Bartholomæi omnes facultates promiserunt
amplissimum comitatum clarissimo electori habituumque rata et grata
quæcumque gesserat in trimestri magistratu præclara tamen facultas
rata et grata tantum habuit quæ gesta sunt in tribunali academico et
de consensu deputatorum universitatis Desmonts

Die 24 Januarii celebratum est demore sacrum in regiâ navarrâ pro
ferro Sancti Caroli ex fundatione magistri du boulay. nulla habita est
oratio panegyrica cives esse nationis constantissima quæ Jesum delitiæ
Die 9o februarii et 2o martii habita sunt comitia ordinaria in harcuris,
duo supplices admissi sunt in gremium venerandæ nationis præstito prius
sacramento et adhesione facta decretis præclaræ artium facultatis circa
revocationem appellationis constitutionis unigenitus et ejusdem constitutionis
amplectationem.
Die 19o martii provenit universitas ad aedem deo sacram sub Jnvocatione
Sanctæ annæ apud eremitas Sti augustini
Die 22 martii habita sunt in aulâ harcurianâ venerandæ nationis comitia
extraordinaria de electione pastoris vigilantissimi lutetiæ Sancti germani
convocata in illis re in deliberationem mistâ audito de more æquissimo
examinatore rogatis dictisque sententiis venerandæ nationis magistrum gruchet
doctorem theologum elegit in locum ludovici rochebrochet defuncti.
Desmonts

Die 23 martii 1793 habita fuit ordinaria apud hasenianos comitia
in quibus deposito communo mihi procuratorio munere, gratias egi
vata et gratâ habita fuit omne toto anno gesta, deinde maximis
consensu in procuratorem electus ex clarissimis civibus magistri
mei in hasenio professoris uberrimus et memoranda nationis
antiquus mos. de munere quadrumvirali. Dixi procuratos jus om
procuratoris recedentis nunquam satisfacta consuetudine
confirmatum et fungi munere, cum meo his praelata astium
facultatis, spectans ad supremam curiam nondum emendata
in quadrumvirum non fui electus et ad prima quadrumviralia comitia
veniens fui et ita constitui procuratos. Desmonts.

Acta venerandæ normannorum nationis

Procuratore magistro Thoma Viel

Bajocensi humanitatis professore emerito in Collegio Harcuriano

adie Vigesimâ tertiâ martii anni 1743

die vigesimâ tertiâ martii propter vigesimam quevtam
cadentem die dominicâ omnium carnisu ac suffragio
tribuliumego venerandæ nationis, cuius propensam erga me
voluntatem et maternum amorem per creditum mihi
pluribus ante annis munus centorium fuerat experius,
novo et nunquam obliviscendo beneficio, procurator
Electus sum in comitiis post sacrum solemne in collegio
harcuriis habitis in quibus magister petrus jacobus
Elisabeth desmonts ex procurator non potuit pro more
quadruennii appellari quamquam in suo anno magistrali
obtinere ac sperare legisset propter litem pendentem in
suprema curia ad fasces rectoriis conferendis.
f. v.
Eadem pariter die quamvis cupientissimo, a omni
gratiarum actione mihi abstinendum fuit cum altera
missa propriis manibus doctoris sapientissimi contribulis nostri
cuius nomen nunc non subsit, celebrata esset; sicque votis
nonnullorum tribulium vincire facile potuisset, qui
postularunt ane ut orationem meam licet admodum brevem
propter temporis angustias ad funera mox comitia
remitterem

die vigesimâ octavâ eiusdem mensis martii indicente amplissimo
executore magistro Le neveu celeberrimo physicæ professore in
marchiano tribunal academicum convocatum est extra
ordinem horâ postmeridiam tertiâ in scholas sorbonæ exteriores.
inde admonentibus quæstor vivil sorbonicis, reverendi in aulâ
interiori expectavi; nos deputati universitatis ordine quisque suo
progressi sumus ad sorbonæ collegium præeunte amplissimo
rectore, ornato ut decebat cum fuit tantum apparitoribus qui
ubi ad januam se obtulit, præter deputatos qui admonitum
venerant, ceteri comitabuntur, honestatus a magno doctorum
numero, et præsertim a senioribus e facultate sorbonicâ, qui
tutus hinc inde circumstabant, deductus est in aulam interiorem
ubi solent theses theologicæ propugnari; ibique statim ex deplano,
ut ajunt, magister le fevre doctor sorbonicus et professor regius
nomine sacræ facultatis orationem habuit, qua laudat

Eminentissimi cardinalis de Fluri fato functi, et Serenissimi principis, necnon Eminentissimi cardinalis de Roham in locum eius suffecti Elogantes et acute persecutus est.

Deinde post Reclamationes fieri solitas quas scripta edomo atrulerant, archidiaconus Ecclesiæ parisiensis, cancellarius, et præclaræ facultatis artium syndicus; quam rector amplissimus jure quidem concesso, sed ve verâ debito, prius exorsus est orationem, ea rerum et verborum delectu, ea ingenii sagacitate, eâ denique dicendi facultate et copiâ, quam omnes in eo norunt et admirantur.

Nec sane deteriori ingenio, oratione minus compta, aut Eloquio minus potenti, virtutes tum demortui, tum successoris eius dicendo adæquare conati sunt archidiaconus et cancellarius viri sane omni laudum genere conspicui; quibus auditis, cæteri universitatis deputati, procuratores, orationibus, facem Electionem simplicitèr, et vsitatis tantum verbis confirmarunt.

Ego vero cum brevissimo Elogio sic confirmandam putavi. Veterum quidem virum Eligit sortes, et ingenii magnitudine, et beneficentissimo erga domum hanc universam quæ academiam parisiensem amore floreo ita similem, ut floreæ tantum nomen amiserit, eiusdem virtutes, eiusdem animum, sub alio nomine claro forte ac splendido, gallicè que omnibus amantissimo sibi retinuerit. Vide

die trigesimâ eiusdem mensis martii deputati universitatis per schedulam extra ordinem convenêre apud amplissimum rectorem in Laudunæo; ibique cum exposuisset prolyndicus magister de la porte tres ab eâ deligendi qui muneri quæstoris universitati præficerentur, in locum magistri Bolognet Licentiati theologi fato functi, eamdem que rem non sine aliquo doloris sensu, quali affectos esse decet viros academicos affirmasset rector, designatos appellavit, primum magistrum Seigneur Phiæ professorem in cardinalitio, magistrum de Bel Eloquence Phiæ professorem in Marcheio, et magistrum Durand 4 Nat. Phiæ puriter in cardinalitio professorem. Ve in deliberationem missis ab amplissimo rectore, magister Durand contribulis noster unanimi omnium consensu electus est quæstor generalis vir notæ fidei ac probitatis. Sed his tribus conditionibus, quibus seipse fideiussorem, qui pro eo viginta seipse fideiussores daret, quibus liberet se vel ab eâ addixit.

Prima ut compleret mille libras spoponderet, ita tamen ut quæ comparaverant, tum paterna tum proprio labore parta, ex eâ summâ bona imminuerentur.

2da ut singulis tribus mensibus exacti accepti et impensi rationes deputati universitatis in tribunali academico referret, quo rubrio generali, quæ singulis quinis exhiberi debet, civium conficerentur, et futuris consolidarentur.

3a denique ut non supra mille nummos domi suæ asservaret si quid ultra ipsi pertinaretur de reditibus universitatis, vel de obventionibus ex venditione fundi censualissi nempe loquitur jurisconsulti; starin deponeret in arcâ universitatis apud amplissimum rectorem: his conditionibus ultro acceptis iterum renunciatus est quæstor generalis magister Durand, et ego minime ut temptus haberet, quo et ipse sibi providere, et satisdationem offerre posset, sacramentum putavimus esse differendum ad futura mox deputatorum universitatis comitia apud mathuri censes pro synodo beneficiariorum. Erita ab amplissimo rectore conclusum fuit.

Die sextâ aprilis habita sunt post sacrum in sacrario comitia in quibus breviter exposui quæ peracta erant in tribunali academico de nominatione quæstoris universitatis. Deinde quam maximos potui egi gratias ven. ordi. pro collato in me procuratoris munere, iisdem pariter committit audito excensore magistro le vieil phiæ professore in monte acuto admissus est in gremium ven. nostri magistri Carolus Bafin Bajocensis. Vide

Die martis 29a eiusdem mensis aprilis synodus academica apud mathuri censes in loco majorum, ut aiunt, celebretur est, adfuere omnes qui beneficio collationis universitatis possident, aut qui aberant justam excusationem miserunt in iisdem comitiis cum præsederet fidelissimo quæstore universitatis magistro Durando minus sufficienter vide clerent de latum est eius sacramentum ad alia comitia mox futura in quibus pro more solito præstitit. Vide

die vigesimâ 9a eiusdem mensis aprilis sacrum solemne habitum et propriis manibus magistri foubert in sacrâ fa. pari. doctoris, necnon vigilantissimi pastoris sanctæ margaritæ in suburbio divi antonii, qui vir fuit doctrinâ pietate animi candore morum suavitate, et sollicitudine verè pastorali maximè commendandus, qui que non ovibus tantum suis, sed bonis omnibus, familiæ afflictæ et mœrore profligatæ, amicis quorum in numero eram, amantissimæ præsertim fratri conjugali nostro, æternùm flebilis occidit. ita testor viel

die sabbathi 9a mensis maii postulatum intervenerunt missæ sacrificium habitæ sunt comitia ordinaria in sacello, in quibus exposui quæ peracta erant in novissimis deputatorum universitatis comitiis apud amplissimum exactorem magistrum le nevelon ibi enim post collectas de more quatuor supplicibus nominationis litteras ad tribunal academicum pariter accessere rel. phiæ candidati, postulantes levissimos errores quos in matrimonii inscribendis adrepsisse corrigi et emendari, tuaipsis postulato suffragiorum pluralitate concessa sunt; sed procuratores tum honorandæ rum fidelissimæ nationis abstinuere a ferendâ sententiâ, nec forsitan immeritò, cum ejus modi gratiæ tantum concedi debeant in comitiis gene. præclaræ facul. artium apud mathurinenses; ideò que ut nihil propriæ morte agerem, consului ven. nationem, et postulavi quid mihi deinceps in talibus rerum adjunctis conferret esse agendum: ven. natio unanimi consensu rogavit me, vel potius pro jure suo jussit ut deinceps a ferendo suffragio pariter cum supradictis procuratoribus abstinerem, et ità me facturum esse promisi; nec fidem unquam fallam.

J. viel

eadem die horâ post meridiem primâ convocatum est tribunal academicum, in quo magister Ch allemand prosynodicus et rhetoricæ professor in marchiano legit memoriale reparationum partim factarum partim perficiendarum in domo universitatis, conductâ viro clarissimo langlois (completi inquilino et debitori optimo, quæ quidem reparationes cum essent in rem universitatis, omnes facilè assenserunt. litteræ nominationis quindecim supplicantibus jure magisterii artium et quinquennii collatæ sunt.

die 8a ejusdem mensis electus pontifex ad mensam fundatoris m. joannis vadelorge rep. na. quondam decani sextâ horâ matutina celebravit.

die octavâ ejusdem mensis post primos sancti nicolai vesperas habitæ sunt v. n. comitia in sacello, in quibus post expositam pluribus verbis rogationem nobis a rev. ord. factam a vigilantissimo pastore sanct. cosmæ et damiani et ædituis ejusdem ecclesiæ, rei in deliberationem missâ rogavit an adiri que sententiis audito prius exactore magistro le vigil phiæ professore in rhonta acuto, placuit omnibus v. tribulibus, magistros quinque, nimirum rouget le mprieur, le rat fontaines, le vrai mecum procuratore ad lemnicos v mbratellæ accedere in festo corporis christi id que nomine et impensis ven. nationis fieri et ita ame comclusum fuit. viel

die 12a ejusdem mensis omnibus precibus amplissimum exactorem oravi et obtinebat tum, ut scriberet ad virum clarissimum gruchet tribulem ven. nat. gramicensem, sciscitaretur quæ ab eo, verum tandem vellet parochum sancti germani veteris se dicere et frui nostrâ ergà eum benignitate ac benevolentiâ: ille quidem se impensius exoptare respondit, sed moram afferre parem amantissimum qui vellet cum prope se in nostrâ habitare curiâ quæ retinere interim que a nobis et vdo ordinatione nonnihil temporis postulare, quo parentis animum flecteret, ac parochi partes ad menses in urbe parisiensi defungi posset.

ita testor viel

Die vigesimâ primâ eiusdem mensis maii deputati
universitatis convenere apud amplissimum
rectorem in Lauduneo, ad accipiendas litteras
regias, pro solemnibus exequiis eminentissimi
cardinalis de Fleury. Vide

Die 24a eiusdem mensis adfuêre deputati universitatis
cum adjunctis horâ matutinâ in scholis medicorum
ubi post leve jentaculum jussu decani salubérrimæ
facultatis nobilis appellatus, processimus deinde
cum rectore ad basilicam beatæ mariæ, ibique
de more interfuimus sacris exequialibus quæ
fiebant jussu regis pro animâ Eminentissimi
cardinalis de Fleury, regni, dum viveret, administri
ita testor Viel

Die octavo junii, cum primus diei sabbathi inciderit
in vigiliam pentecostes, post sacrum habita sunt
comitia ordinaria in quibus magister Joan. Bapt.
carolus le dain Ebroicensis in gremium nostrum admissus est

Die 9â eiusdem mensis pariter habita sunt horâ
post meridiem prima comitia ordinaria deputatorum
universitatis apud amplissimum rectorem in Lauduneo
in quibus, supplicationibus pro litteris nominationis, jura
magisterii artium et quinquennii, sua confecta sunt
postulato

Die decimâ eiusdem mensis amplissimus rector mihi in
manus tradidit memoriale novem propositionibus
comprehensum ac conclusum, quo quidem attente perlecto
concordiæ ac pacis restituendæ spes mihi non mediocris
affulsit, sed cum res esset maioris consilii ac prudentiæ
statim per primum apparitorem octo ex antiquissimis
tribulibus ad me accersivi, coram quibus propositiones
in memoriali exscriptas recitavi, illique pariter
ad restituendam academiæ nostræ pacem atque
concordiam aptissimas vitæ sunt. Ad extremum addidi,
amp. rectorem affirmasse, fidem sibi dedisse
procuratorem [illegible], se quidquid inter nos
litium esset, sive arbitrio suo committeremus, intra
paucos dies dirempturum, et non obstante supremi
senatûs decreto, copiam nobis facturum eligendi
rectoris. ita testor Viel

Die mercurii decimo nono eiusdem mensis factæ sunt
supplicationes universitatis apud dominicanos magni
conventûs in Ede deo sacrâ sub invocatione sancti
jacobi. Viel

Die 23a de more celebrata est missa in sancti spiritus, sed nulla propter litem pendentem nec quadrumvirale nec rectoria comitia fuêre

Die 28a junii habita sunt comitia ordinaria in quibus
post missæ solemnia bene precatus sum piis manibus
magistri joannis de Gauthier alias quondam in harcurio
professoris, et de vitâ nat. optimè meriti. Deinde cum
fidelissimus quæstor magister fontaine litterarum
in regiâ navarrâ professor vellet quæsturam abdicare
omnes veterandi tribules pauci admodum exceptis cum
ornatissima procuratrice quam tutissimas ei egerunt gratias
et etiam deprecati sunt ut persuadere sibi pateretur ea eadem
quæ nobis faciebat per hunc annum fidem atque operam
præstaret; nisi quæ, cum res a me in deliberationem
missa esset, prout dubio bene memorem et gratum in
omnibus tribulibus erga se animum perspexit, et tunc
me concludente quæstorium munus ei iterum prorogatum
Viel

In eadem comitiali die gravissimos virosque magistrum
bonnejoy physicæ professorem in lexoveo, magistrum chéron
litterarum in harcurio professorem; ex ordine baccalaureorum
magistrum le rat gymnasiarchum justiniani, et
magistrum josse qui hinc proxime elapso anno orationem
panegyricam de divo yvonno habuerat, qui mecum
etenim sapientissimo decano, et aliquot tutoribus, rationum
acceptis et expensis a fidelissimo quæst. fontaine iamiam
edendarum expunctores essent designavi quoque

ad tentandas vires candidatorum pro baccalaureatu artium magistrum germanum litterarum in lexovio pfessorem, magistrum
Iudocum domûs harcurianæ priorem, magistrum chantelou, et
magistrum le loup; atque ita ame procuratore conclusum
est. viel

in iisdem pariter comitiis cum memoriale ampl. exrectoris
de quo supra dixi pluribus exemplis perscribi et distribui
curavissem; mentem ven. ordinis de eâ re, priusquam
deliberationi quibuscumque subjiceretur, mihi subodorandam
se perseverandam esse existimavi: sedita reclamantem
est a nonnullis tribulibus, ut omnis prorsus concordiæ
ac pacis per memoriale auteriam per procuratorem catholicum
mediantem ac conciliantem obtineatur del spel Evanuerio.

ita testor viel

Die sexto mensis julii anni 1443 habita sunt post sacrum
comitia ordinaria vidæ nat. in quibus dixi rationes quippe
et impensas quas nobilis dominus tertiæ ejusdem mensis exhibuerat
magister fontaine litterarum in novarrâ pfessor, a nobili
fuisse attentè perpensas et vehementer comprobatas: at
nequit rerum nostrarum statum et conditionem ignorare;
sit hæc Eris nostri brevissima descriptio

J.V. Rece. gen. 647 lt 12 s. 2 d.
Dapen. ger. 624 lt 2 s. 6 d.
Rest. debet. net. 190 lt 9 s. 8 d.

Eadem pariter die habitæ sunt horâ post meridiem 1ª
comitia ordinaria deputatorum univ. apud amplis. exrec.
in laudunto in quibus post quem auditi sunt supplicantes
pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii;
retulit amp. exrector de unione et incorporatione capitulî
sancti germani altissiodorensis cum capitulo beatæ virginis
quam quidem majoris esse discretionis paulo ante pro-
nuntiarat supremum parisiensis curiæ; rogarit dicique
sententiis, quibus præsertim et consiliariis patronis nostris
gillet et d'hericourt, placuit omnibus appellationem ex abusu
de decreto illustrissimi ecclesiæ parisiensis archiepiscopi
etiam in supremo regis consilio esse prosequendam, et
ita audito prius de more procuratore magistro de la porte
concluditum amplis. exrector. quod quidem testor viel

Anno domini 1443 die veneris 21ª julii horâ sesquiquintâ
pomeridianâ; habita sunt extra ordinem in harcurio
comitia ven. nationis normaniæ, eaque
frequentissima, ritè vocatis a me per schedulam obtiatim
deportatam ven. tribulibus, quibus in comitiis rogatus
a me exrector æquissimus palam legit epistolam ad
me scriptam die quintâ hujus mensis a magistro
gruchet, quâ gratias actis ordini venerando, quod
ipsum antea designasset in pastorem ecclesiæ
parochialis sancti germani veteris, hâc in urbe
vacantis per obitum magistri rochebouet, exultat
se ipsi quominus eâ ipsius ergà se benignitate fruatur;
sequi quidquid juris per eam designationem acquisierit,
id omne ordinis ven. prorsus reddere ac remittere:
quâ lectâ dixi aliquem igitur aliquem esse ipsius loco
designandum; me vero Erasmum rogare tribules
venerandos, ut eam illius designationis viam inire
vellent, quâ malevolorum quorumdam sermones
etiam ad supremos in aulâ regali magistratus
delatos retunderet, quaque pacis ac concordiæ
conservandæ maxime videretur idonea: quam
autem esse certiorem, quam si cura de pastore
eligendo agatur, veneranda natio roget
illustrissimum ecclesiæ parisiensis archiepiscopum,

vt

Ut aliquem ipse eo munere digrum indicet.
audito excersore, re ame in deliberationem, missâ,
placuit universa nationi pauci exceptis, quitamen
aequum suae intercessionis non postularunt, rogari
illustrissimum parisiensem archiepiscopum, ut hâc
vice tantum, et sine consequentia, quod ajunt,
exemplo, in pastorem Ecclesiæ parochialis
sanctæ germani veteris, ut supra dicitur, vacantis,
Eligat, quem ipse dignissimum judicaverit, et
quem sic illustrissimus archiepiscopus elegerit,
Voluit eadem natio tanquam ab se jam nunc
designatum, ut re ipsâ designat, suo nomine
tribunali academico praesentari, et ita, reclamante
tamen magistro Cassetin, aetatumque suae
intercessionis postulante, p me procuratore
conclusum est. Vill

visâ praedictâ conclusione sic carolus archiepiscopus
parisiensis. nos designamus et Eligimus magistrum
Joannem baptistam antonium cotelle presbiterum
dyocesis constantiensis e gremio venerandæ nationis
dictum parisiis die 27ª eiusdem mensis; signé
charles arche. de paris. hanc Epistolam statim
ad nos scripsit illustrissimus archiepiscopus, quâ
lectâ venerando ordini, placuit omnibus eam in
commentarios nostros referri. Vill

V. V.

Monsieur
Lacte que vous avez pris la peine de m'apporter,
et si obligeant pour moi, que je ne trouvois assez
vous remercier, et trouve les mots qui composent
votre nation, combien j'y suis sensible, et jusques ou
va ma reconnoissance. j'abuserois de la cessité de
leur politesse, si je ne me renfermois pas dans un
sujet de cette même nation; et je ne justifierois pas
le choix que j'ay fait de vous cotelle pour desservir
la cure dont il s'agit, si je ne la designois pas au bout
de ce même acte, c'est ce que j'ay fait avec plaisir. je
ne puis finir cette lettre sans vous renouveller et
a vos messieurs ma sensibilité, et ma reconnoissance
pour la marque d'amitié que vous me donnés
dans cette occation. je suis avec une parfaite estime,
monsieur, votre très humble et obéissant
serviteur ch. arch. de paris

die eiusdem mensis, nisi fallor, decimâ nonâ, habitaque
extra ordinem in harcurio comitia generi venerandæ
nationis horâ quintâ pomeridianâ, vitâ vocatis
ame per schedulam otiorim deportatam venerandis
tribulibus, quibus primùm legi conclusionem hodie
gallorum nationis ab ornatissimo eius procuratore
ad nos missam, illudque addidi, qd relatu, fidelissimam
picardorum nationem parem habuisse conclusionem.
re in deliberationem missâ, auditoque prius exteriore
aequissimo, rogatis dictisque sententiis placuit omnibus
nominari deputatos, qui nationis nomine unâ cum
aliarum nationum deputatis supremos curiæ parisiensis
magistratus adeant, communis causæ aequitatem
et jus apud ipsos exponant; ante omnia autem sincerum
quo et ipsa aver. natio, et cæteri cum eâ conjuncti
ordines flagrant, pacis studium testentur; nominavitque
rat. ordine professorum magistrum durand universitatis
quæstorem, et magistrum le vieil philosophiæ professorem
in monte acuto; ex ordine baccalaureorum

magistrum de rat virum procuratorium, et collegii
Justiniani primarium. et magistrum sotis virum ppetur.
simul cum orn. procuratore potestatem fieri de pace ac
pacis conditionibus nationis nomine agendi ac tractandi,
cofine libellos supplices, si opus sit, offerendi, item quidquid
juris et vel venerande nationis proprium, vel ipsi cum
ceteris nationibus commune fuerit, exponendi, et clarâ
in luce collocandi, ad id aut unum aut multiplex
memoriale conficiendi ac typis mandandi, atque hæc omnia
communibus trium nationum impensis, quod equissimum est,
atque deinde ven. natio pecuniam ad id necessariam vult
a fidelissimo persolvi. et ita ab orn. procuratore
conclusum est. Vill

Die 23a eiusdem mensis convocatum fuit extra ordinem in Lauduneo
tribunal academicum ad audiendas nationes quæstoris
universitatis magistri Bologne fatofuncti, quæ nobis deputatis
exhibuit pro hæredibus magister Charitelou antiqui vendæ
nationis procurator, auditas et perpensas, quâ parerat
attentione, laudavimus et vehementer approbavimus.
Vill

Die 3a mensis augusti deputati universitatis convenêre
apud amplissimum exrectorem in Lauduneo, ubi postquam dictor
supplicet jure magisterii artium et quinquennii, quibus
sua postulata de more concessa sunt, admisit tribunal
academicum pretentationem magistri Cotelle factam
ab illustrissimo parisiorum archiepiscopo, et libenter quidem
admisit. ne autem forma, quam venerandæ nationi, hâc
vice in designando secuta est juri universitatis aliquando
T.V. nocuit; placuit statui, ut si qui deinceps ordines academici
in turno, quod ajunt, existentes, eamdem sequi formam
voluerint, teneantur prius ceterorum ordinum academicorum
habere consensum, et ita, audito prius clarissimo prosyndico,
concludit amplissimus exrector. ita testor Vill
Deinde præeuntibus apparitoribus processit tribunal academicum
ad aulam mathurinensium majorem, ubi magister Cotelle
solitum præstitit sacramentum, deinde dimissa sunt
comitia. Vill
Die decimâ quartâ hujus mensis habita sunt apud mathu-
rinenses aulæ facultatis artium comitia, in quibus designatos
a meritissimis cancellariis tum b. marie, tum b. genovefæ
pro magisterio artium examinatores magistrum Jacobum
Becquard Baccalaureum theologum et magistrum Joannem Franci-
brunetin regiâ navarræ professorem elegit et nominavit
natio veneranda. Vill
Die 15a post sacrum solemne de beatâ virgine celebratum,
habita sunt v. nationis comitia ordinaria, in quibus retuli
quæ peracta essent in comitiis de lite nostrâ habitis apud
procuratorem sedis gallorum nationis, et dixi nobis
procuratoribus et deputatis ad id nominatis placuisse primo
ut memoriale conficeretur a peritissimo in supremâ curiâ
patrono; 2do. ut attentius eo perlecto, sisti audirentur, typis
jamjam demandaretur. ita testor Vill
Die 31a hujus mensis habita sunt in antecessum horâ
post meridiem prima comitia deputatorum universitatis
apud amplissimum exrectorem in Lauduneo, in quibus
post litteras nominationis septuaginta supplicibus concessas,
accessit d. nos virginius nomen nos subscripsi, sed litteris
testimonialibus Gregis munitus; qui licentiam aperiendi
pædagogii, et tabulæ appendendæ nomine universitatis
a nobis postulavit, huic post auditas procuratorum
ornatissimos fidelissimos et constantissimos nationisque in vitam
utilis ac postulatione suâ frui, nullam pro re academiæ
academicâ afferente moram meritissimo, et cetera sequentia
prosyndico magistro de la porte, ultro
volumus ac justimus Vill

Die octavâ mensis septembris post sacrum solemne
nat. b. V. habita sunt ordinaria nationis
comitia, in quibus admissus in gremium nostrum
magister fouché presbyter constantiensis, et regiæ
navarræ primarius, solitum præstitit sacramentum
Viel

Die martis 10 huius mensis habita sunt extra ord.
comitia deputatorum univ. apud rectorem in laudunæo,
in quibus cum in ædibus universitatis a d. joubert
architecto ædificata quædam, quædam exornata
essent; quid factum, quid expensum esset ab compl.
exrectore recitatum est. quæ cum omnia ædibus
addita loquutionis pretium non parum auctura
sint, cum d. langlois hâc in domo nunc habitans
duas in penta parte in se susceperit, gratissima
fuit hujus viri liberalitas, et iure æquis
conditionibus libenter assensum est. deinde mentione
iterum factâ de capitulis sancti germani et b. mariæ
placuit omnibus appellationem ex abusu etiam supremo
regis consilio esse denuntiandam. Viel

Hoc et præteritis julii et augusti mensibus ego et optimi
quorum aliorum nationum procuratores cum
eorumdem deputatis septem aut octo supplices
libellos illustrissimo viro le pelletier summo senatûs
præsidi obtulimus; qui quidem noster si semper
comitate suâ perfusus dimiserit a se; nondum
tamen mihi divinat animus, quo tempore tandem
futurum sit, ut facultas artium ad judicium
admittatur, diremptam quæ videat jam litem
quæ jam a biennio sine rectore fluctuat. Viel

J. V.

Die veneris 4ª mensis octobris habitæ sunt supplicationes
univ. in æde dei sacrâ subtitulo annuntiationis beatæ
mariæ apud celestinos. Viel
Die 5ª hujus mensis post sacrum deo persolutum
sub patrocinio b. mariæ virginis, habita sunt comitia
ordinaria nationis in aulâ theologicâ harcuriî; in quibus,
referente exrectore monente fidelissimo quæstore, omnes, unanimi
consensu, quæsiverunt dixerunt que sententiis nominaverunt
dominum boulaye architectum juratum et expertum
qui modum ac pretium imponeret structuræ a domino
joubert antea ven. ordinis architecto impositæ et ita
ame procuratore conclusum est. Viel

In iisdem pariter comitiis cum adventaret sancti
romani urbis nationis patroni festus dies, dixi et non
sine acerbissimo doloris sensu dixi, in tantâ copiâ
virorum et doctrinâ et ingenio insignium, nullum
tamen multis curis ac precibus adidame adduci
potuisse, ut panegyricam orationem dicere et.
ita tantor Viel

Die eodem mensis octobris horâ post meridiem
primâ habita sunt deputatorum universitatis comitia
apud amp. exrectorem in laudunæo, in quibus litteræ
litteræ nominationis de more conclusæ sunt quindecim
supplicibus jure magisterii artium et quinquennii. Viel
Die decimâ hujus mensis celebrata est missa de spiritu sancto
ad mentem benefactorissimi in ven. ordinem, fundatoris
magistri joannis de rouen, sed nulla neque quadrantes
rolla apud nos, neque rectoris apud matthurinenses propter
litem pendentem comitia fuerunt. Viel
Die vig. septimâ hujus mensis horâ septimâ matutinâ
habita sunt apud matthurinenses præclara artium
facultatis comitia, in quibus magister dominicus
morin litterarum in cardinalitio professor a ven.
ordine censor electus est; et ita ame procuratore
conclusum fuit. Viel

Die mercurii trigesimâ huius octobris habita fuit extra ordinem deputatorum vniu. comitia apud ampl. rectorem in Lugduno, in quibus oblatum regi augustissimo libellum supplicem ad. dela peyronie primario majestatis chyrurgo, et sibi manutinis horis e formula denuntiatum recitavit rector, quo quidem libello, quâ pareratattentione, perlecto et audito; statim sapientissimus salubrissima facul. decanus coldevillus adjunctionem trium univ. postulavit sed cum res gravioris esset momenti nec ullum in morâ periculum; convenêre in unum omnium deputatorum sententiæ, nihil de eâ re inconsultis ordinibus univ. et nationibus esse statuendum. Vill

Die nonâ mensis 9bris post sacrum solemne habito fuit de nationis comitia, in quibus breviter expositi quæ in superioribus deputatorum apud rectorem concilijs acta essent, et dixi dominum de la peyronie regis principem chirurgum, omnium que tum Lutetiæ tum totius gallicæ chirurgorum primarium, eaque ferentem scilicet judicium nuper inter medicos et chirurgos a supremo senatu latum, regium in fonte bellaqueo habitaret, libellum supplicem obtulisse: qui ab æquissimo censore ad tribulibus voyotte meo recitatus, visus est habere plurima, quæ non solum medicinæ facultati, magna quidem et præclara universitatis parti, sed toti etiam universitati nocitura essent. postulat enim, ut chirurgis, in quâlibet universitate artium magisterium nactis, palam in sancti cosmæ scholis, prælegere et docere liceat, medicorum chirurgorum titulo prædito, cum et baccalaureatûs, et licentiatûs, et in medicinâ chirurgicâ doctoratûs nomen adipisci: quæ quidem nova societatis inita esset quinta facultatis ab universitate prorsus aliena, quæ tamen eadem jura ac privilegia obtineret addidi præterea, ita postulante rectore amplissimo nominandum esse aliquem e venerandis ordine deputandum qui nobiscum ageret, et re in deliberationem missâ, omnes unanimi consensu magistrum bonnejoye phicæ professorem in lecti eo nomine venerit, et ira a me procuratore conclusum est. Vill

J. V.

Die eâdem 9a mensis novembris habita fuit deputatorum univ. comitia horâ post meridiem primâ apud rectorem amplissimum in Lugduno, ubi, postquam postulata sua cohortalinus novem supplicibus jure magisterii artium et quinquennii, pluribus verbis disceptatum est de re medicorum et chirurgorum; de quâ cum sæpissime futura essent comitia extra ordinem solita, voluimus æquissimi et libenti quidem animo, nullam deinceps propter vitæ academici angustias nobis irrogari sportulam, et ita concluxit rector amplissimus. ita rector Vill

Die 25a hujus mensis post sacrum solemne sub patrocinio beatæ catharinæ, altera solemnis missa celebrata est pro refrigerio animæ magistri castelin, cujus pia manibus in condone habitâ bene precatus sum his fermè verbis.
Ereptum morte subitâ lugemus virum procuratorium celeberrimum phicæ professorem in gratianopolitano, et eum quidem virum lugendus ingenio, doctrinâ, ac eruditione præstantem, qui tantæ fuit religionis ac pietatis, tanta erga pauperes munificentia, erga cæteros omnes benevolentiæ ac caritatis, ut neminem dubium esse possit quin misericordiam illi deus indulserit suam, qui nihil unquam omiserit quo eam sibi conciliaret. deinde in iisdem comitiis supplex postulavit pro regentiâ ex scholis magister joannes cahours litterarum professor primarius collegii gratianopolitani designatus, quem venerandâ nostrâ, audito prius censore, liberrimè in gremium suum excepit, et ad sacramentum solitum me procuratore ita concludente adhibitus est. Vill Dimissis comitiis memoriale nationum elegantèr et graphicè scriptum a patrono nostro magistro doutrement singulis tribulibus distributum est.
ita rector Vill

die 6.a decemb.

jamridiculi nihil deinceps expiderant paginæ quæ ergo hac linea jnclusa legi non prætereantur.

die octavâ mensis septembris post sacrum solemne nativitatis B. V. habita sunt ordinaria vide nat. comitia, in quibus admissus in gremium nostrum magister Fouché presbyter constantiensis et regiæ navarræ primarius solitum præstitit sacramentum. Viel

die martis decimâ hujus mensis habita sunt extraordinaria deputatorum universitatis comitia apud amplidæum exrec. in Laudunæo. in quibus deliberatum fuit an hæc pauca diabolus lineis in fabula, pro non scripta habeantur. Viel

die 6a 8bris post sacrum solemne sancti nicolai pontificis in festum conceptionis invitavit magister Jolle licentiatus theologus. die postero post missam de B. virgine horâ septimâ celebrari solitam, habita sunt vide ord. comitia in quibus noval Edium notmarum locationes palam legit tabularii scribo quibus chirographa nostra apposuimus. Viel

eodem pariter die horâ post meridiem primâ deputati univer. convocati sunt apud exrectorem in Laudunæo ubi post collectas litteras nominationis decani supplicibus; legit prosyndicus magister de la porte libellum supplicem quo rectora de unione et incorporatione capitulis sti germani et B. virginis altissimæ regis sapientissimi permittebatur, cum quo more esse offerendum regi Lugustissimo, fidem debitam et consiliarii patroni univ. gillet et dhericourt, qui appellationi nostræ ex tabula præferant, nemine contradicente concluxit ampl. exrector. deinde ad tribunal academicum allectus univ. pædagogi, qui per libellum supplicem postulaverunt ut professores facultatis artium, quoties eumque pædagogium aperire vellent, ante rectorem et universitatis deputatos sistere se teneretur; postquam egressi sunt, re in deliberationem missa, omnes fere deputati (etenim abstinuêre a sententiâ tum honorandæ, tum fidelissimæ nationis procuratores) eorum petitioni eo libentius indulserunt quod existerent etiamnum plurimi abusus incommoda quæ non leviaquibus necessario obviam eundum esset, et ita audito prius prosyndico concluxit ampl. exrector. ita lector Viel

T. V.

die octavâ hujusdem mensis immaculatæ conceptioni sacrâ, vir prudentissimo labore et singulari pietate maximè commendandus, magister Nouget, Eloquentiæ in monte acuto professor, pontificii et oratoris partes sibi a nobis demandatas eximie sustinuit et implevit. omnia etiam ejus invitationibus personuerunt magistri gabari et tolle tribules nos primus Eloquio potentiquam singulari in virordinem amore conspicuus.

die veneris decimo tertio hujus mensis supplicationes univ. factæ sunt in Edæo sacrâ sub invocatione sancti germani veteris. Viel

die 16a celebrata est solemnis missa de spiritu sancto in justiniano ad mentem illustrissimi fundatoris magistri joannis de Roquen sed nulla propter litem pendentem comitia quod rumhirali aut nec rectoria apud matheurinenses fuerunt. Viel extraord.

die eiusdem mensis vigesimâ deputati univ. simul cum adjunctis convocati sunt apud exrectorem in Laudunæo; ubi actum est de lite pendente inter medicos et chirurgos; legit meritissimus scribo memoriale ase graffe exscriptum in gratiam medicorum; deprompta ex memorialibus et libellis chirurgorum præcipua rationum momenta nobis exposuit ampl exrector. quibus auditis et quâ par erat attentione ponderatis, placuit omnibus in re tam gravis momenti consilium patronorum Universitatis esse advocandum. ita lector Viel

Die 6a. januarii post sacrum deo persolutum sub parocinio beatæ m. virginis habita fuit de nationis comitia, in quibus breviter exposui quæ peracta essent in superiori conventu cum deputatorum tum adjunctorum singuli ordinis academici; deinde rogatus ame integerrimus censor legit libellum supplicem de recipiendo sanctigur. et beatæ virginis de quo tom. 1 a nobis dictum est; quem quidem libellum, abjecta omni cunctatione regi augustissimo offerendum esse censui; ejus a me procuratore conclusum fuit. Vill

die octavâ mensis januarii habita sunt comitia deputatorum vnivo ordinario in quibus post concessas quatuor supplicantibus jure magisterii artium et quinquennii nominationis litteras, lectæ et recognitæ sunt quæ in præcedenti tribunali actæ erant; ubi ventum est ad conclusionem latam de admittendo libello supplice die 6a. decembris a pædagogii oblato, statim procuratores ornatissimi hon. et fid. nationis postulaverunt illam conclusionem abrogari et retractari, jus cum rel semel judicata non possit iterum juxta jurisconsultorum effata ab iisdem judicibus judicari; iidem procuratores intercesserunt conclusioni et actum intercessionis suæ postulaverunt; deinde ad punctum temporis recedere ab exrectore rogati; mox regressis datus est intercessionis actus. ego vero ejus ordinis procurator, ne novalis in facultate artium oriretur, aut quis professorum absentium aliquâ ex parte laboraret postulavi ab exrectore et deputatis, ut nulla hujus conclusionis fruendæ copia fieret, neque permeritissimum scribam culquam ab actis publicis descriptam auferre liceret; omnes omnino deputati simul cum exrectore ad hanc tutandæ pacis ac concordiæ rationem facile ac libenter adduci sunt; sicque ejusmodi cautione adhibita judicium quamquam latum in tabulario inclusum remanebit, nec ullius poterit esse effectus. i tutestor Vill

V.V.

die veneris 31a. januarii, anno 1444 amplissimus exrector cum deputatis universitatis et adjunctis cereum obtulit illustrissimo galliarum cancellario, cui eleganti sane ac splendida oratione gratias egit quam maximas, ob egregiam illius benevolentiam, qua prosequitur universitatem nostram; edita testimonia. respondit illust. galliarum cancellarius hanc academiam principem se amore singulari semper esse prosecutum, nihil quæ sibi aut jucundius aut optatius posse contingere, quam si mox restituta in nostros videat pacem, sine qua nec litteris idem honos nec pares esse gloriæ: statim subjecit de exrectoris certam nobis spem esse, fore ut ipsius benignitate de parocinio pollicitationes fumos præsidii de obtinendo tandem senatus plenum sortiantur effectum. cereus pariter oblatus est illustrissimis tum curiæ computorum tum curiæ subsidiorum præsidibus, qui peramanter et honorifice responderunt. cereus non fuit oblatus serenissimo principi aurelianensium duci propter ejus secessum apud canonicos regulares beatæ genovefæ: neque pariter cerei offerendi illustrissimo viro de mauvou parisiensis curiæ prothopræsidi propter infirmam ejus valetudinem potestas nobis facta est. Vill

ne autem solemnia caroli magni festa prætermittam die sua 28 ejusdem mensis celebrata; his adfuere deputati præclaræ facultatis artium, majoribus infulis, ut decebat, ornati; oratorem de imperatore raptu ac nova christianissimo comptam admodum et ententiis vibrantem habuit magister ledoy in cardinalitio eloquentiæ professor. Vill

die prima februarii, anno 1444 a exrector comitantibus deputatis et adjunctis in regiâ marliacâ cereum obtulit augustissimo regi, cui in summâ tributorum exigendorum necessitate, cum tota europa bello arderet, abstinentiam animi et paternum in subditos animum gratulatus est. hæc regis augustissimi verba fuere. plurimum tibi gratias clarissime, et academiæ meæ debeo. virtutibus reginæ cereum offerendo, debitum pariter laudum vectigal persolvit exrector. respondit regina plurimum se debere rectori et universitati.

Vill

Delphino cereum offerre non potuit exrector ob adversam
valetudinem Egregii mentoris de chatillon, tanti ac talis
principis juventæ institutoris. Vide

die decima quarta februarii convenêre extra ordinem
apud a. exrectorem in laudunæo deputati universitatis
simul cum adjunctis a singulis ordinibus de re medicorum
et chirurgorum nominatis; ibi legit exrector memoriale
elegánter ac perpolitè scriptum validissimis que munitum
argumentis pro facultate artium contra chirurgos a
magistro gillet supremæ parisiensis curiæ patrono non
contemnendos quod quidem, cum omnibus approbatum esset,
typis mandari ac singulis academiæ nostræ proceribus
distribui voluimus, et ita concluxit ac exrector. Vide
de tribunali academico hoc mense habito nihil est quod
dicam, in quo de nulla aliâ re actum est quam de litteris
nominationis sexdecim supplicibus concessis. Vide

die octavâ mensis martii in comitiis deputatorum universitatis
apud amplissimum exrectorem in laudunæo habitis, postquam
litteræ nominationis variis supplicibus de more concessæ sunt.
prosyndicus magister de la porte exposuit nobis mœrentibus
ac justo quidem dolore perculsis mortem subitam magistri
balli procuratoris universitatis, viri probatæ ad modum
fidei, et omni virtutum genere conspicui: postulavitque
ut filius eius in supremâ curiâ patronus procuratoris
universitatis a nobis designaretur in locum parentis
optimi: Rogatis dictis que sententiis, designatus est procurator
universitatis magister bailli filius; et ita concluxit
amplissimus exrector le neveu. Vide
T. V.

die vigesimâ eiusdem mensis martii supplicationes univer.
habitæ sunt ad eam deo sacram sub invocatione deiparæ
dei genetricis virginis mariæ, in collegio sancti bernardi;
quibus ego procurator non interfui propter gravissimum
febris ardorem, id quoque die recurrentem, quo corpus
miserandum in modum cruciabatur. Vide

die vigesimâ quartâ huius mensis post sacrum habita
sunt comitia ordinaria de nationibus; in quibus scriptas a me
quamquam graviter jacente gratiarum actiones his ferme
verbis conceptas legit ex procurator magister de monti....
Decurso jam procurationis huiusce spatio, sapientissime
prodecani, venerandi contribules, cum ægrotanti mihi,
gratias iterum venerando ordini; propter collatam in me
vestrum animi vestro consensu dignitatem, agere non liceat,
id unum dicam, vestræ in me humanitatis me nunquam
immemorem fore; me nationis nostræ commodis, omni
curâ, omni studio consuluisse; quod si mea, vestra que
ad restituendam pacem, nominandum que rectorem
suscepta consilia, non satis ex voto successerunt, me tamen,
quidquid in me esset, sedulo fecisse, ut dissidia sedarentur,
litteris que ac litteratis sua tandem quies, suus serenitas
redderetur. deinde postulante ex procuratore rata et grata
habita sunt quæcumque gesseram per meum annuum
magistratum, et litteræ commendatitiæ mihi decretæ sunt.
pro munere procuratorio unicus supplex accessit magister
Nicolaus Hustlart baccala. theo. et primarius collegii thesau.
vir qui pro ingenii sagacitate, virtutis candore, ac moribus
suavissimis nunquam satis dignè laudari potest, proindeque
unanimi omnium voce ac suffragio nominatus et electus est
procurator. in iisdem pariter comitiis pro regentia et scholis
supplicavit joannes luciarus lucas lotharingus qui post
sacramentum solitum admissus est in gremium huius nat.
nullus quadruumvir propter litem pendentem est appellatus.
et ita de his omnibus, audito prius censore, concluxit ex procurator
delmonti en quæ gesta sunt per meum procuratorium
munus. Vide vene. nati. procurator.

Acta Venerandæ Nationis

Procuratore Magistro Nicolao Huillard

Presbytero Rothomagensi, S. T. P. Licentiato

a Die Vigesimâ quartâ martii anni 1744.

Die 24 martii an. 1744 Comitiis ordinariis manè post — Sacrum habitis in Sacello Harcuriano, omnium tribuum — Suffragio fascibus procuratoriis donatus sum, Sacramentum præstiti in manibus M. Desmont exprocuratoris, tunè M. Viel Ven. — ordinis procuratore morbo laborante, cui quidem pro more majorum quadumviri munus conferri non potuit propter litem de rectore — eligendo in Supremâ Curiâ circiter a duobus annis pendentem.

Huillard. T

Die 11ª aprilis an. 1744 in Comitiis menstruis horâ sextâ — matutinâ, brevi oratione, quas potui venerandis tribulibus ego gratias, habituuq immortales. Dixi ego Procurator, M. le Vallois se muneri Capellani abdicasse, cui statim Consentientibus omnibus substectus est M. Bazin Collegii harcuriani progymnasiarcha. Huillard. T

Eâdem die horâ post meridiem primâ habita sunt Comitia — ordinaria deputatorum apud ampl. rectorem in Collegio Laudunensi, in quibus Litteræ nominationis tribus Supplicibus concessæ fuerunt: hoc tamen animadversione dignum, uni ex illis eâ tantum lege — adjudicatas, ut priusquam acciperet, almæ universitatis scribæ professor Litteras testimoniales pro sex mensibus in Theologiâ sub. M. Huby Confectas, quas variis rationibus, ut aiebat, impeditus adhuc penes se non potuisset. Huillard. T

Die 23ª aprilis an. 1744 habita est Synodus Academica apud Mathurinenses ab amplissimo rectore, R. R. Decano et ornatissimis procuratoribus, cui

pro antiquo jure universitatis beneficiarii adfuerunt. Eos excusatos habuimus, qui praemiserant suæ absentiæ causam legitimam, aliis vero, qui fortè neglexerant se sistere et quemquam deprecari syndicum, pœnâ academicâ multandos esse judicavimus. Huillard.

Die 2ª. maii an. 1744 sacris de more peractis habita sunt comitia mensualia, in quibus M. Josephus Carolus Jolly presbyter Rothomagensis jure quinquennii et S. S. Bachalaureatûs, servatis laudabilibus consuetudinibus et juramento præstito in gremium Ven. ordinis admissus fuit. Huillard.

Die 2ª. Maii an. 1744. in Concilio deputatorum apud Executorem in Collegio Laudunensi congregato sistit se Collegii S. Michaëlis Capellanus, cui dies ille constituta fuerat, ut dicendi veniam haberet, quapram ob rationes munera sui Capellani tam pertinaciter potiri vellet, contemptis domus suæ statutis. illo audito, munus abjudicatum fuit. Huillard.

Die 6ª. Maii an. 1744. ad mentem D. V. Vadelorge in honorem S. Joannis ante portam Latinam celebrata fuit missa, quâ peractâ fidelissimus questor in comitiis a me convocatis dixit, Ven. ordinis jussu jam a multis diebus fontem cujusdam domûs in viâ du four avenato Cinis: Vestrûm animadvertisse, domum hanc malè admodum compositam esse, quippe quæ aliam parvulam, aliam longe majorem in fronte habeat fenestram; quapropter à se observatum voluit, priusquam opera illa finem obtinerent, duas ejusdem magnitudinis — fenestras demandas esse fenestris, ut in posterum facilioni negotio locaretur. Dixit insuper — forica simum intra parietem intersertum in vicini cellam viaviam jam jam diffluere, non quidem sine magno ædium subversionis periculo, cui quidem detrimento abjectâ omni desidiâ remedium fore præstitum erat. utraque postulata, cujus altera utilitatis causâ, altera vero ex — necessitate concedenda videbatur, me concludente comprobata fuit. Huillard.

Die 8ª. Maii an. 1744. post missam in honorem Translationis S. Nicolai peractam adfuit supplex Magister Chagot ——— postulavit, ut Vicecomiti simul et urbis Lexoviensis majoris munii munus sibi concederetur. anteà pro manibus meis deprecatus instrumenta quædam, quibus M. ——— ithriis officii olim practicus professus ab illo munere se excusa satis superque comprobatum erat. audito equissimo — Consule Ritus Magister Chagot ex omnium consensu — hoc munere fuit indutus, solidumque fidelitatis et reverentiæ præstitit sacramentum.

velado, quibus nisi Maxante Meritissimo Syndico sua singulis
postulata concessa sunt. Dum acceptat unus supplex Medicinæ
Candidatus postulans a tribunali Academico Jesum dispensari
aspatio quadriennali, quod sibi deest ut postmodum possimam
Medicinæ Licentiam, re diligenter discussa a Meritissimo Syndico
et Decano Salubertima facultatis, cum res gravis videretur
momenti, et pertinere ad præclaram artium facultatem
Suplex remissus est ad proximam præclaræ artium facultatis
Comitia.
Deinde actum est de Memoriali Graduatorum hora quod a
plurimis observatum est in verba parata usum fieri, quarundam
Rationum quæ facile possent Reformari contra privilegia
Professorum Septemvirorum Innocentia vidum est partem illam
iterum Rebradari et totum Memoriale iterum discuti: Cumque
pertempus non liceret Remissa res est ad diem Martis proximæ
futuram qua die aperiendus erat Scrutinium et acta ad amplissimum
Rectorem conclusum Le vieil

Die martis octava Martii habita sunt hora septimâ Matutinâ
apud Maturinenses Comitia Deputatorum Universitatis ad
aperiendum pro more Antiquo Scrutinium Duo facto, ubi
Convenerat in Altino Tribunali, lecta est et discussa ab
octava ad Meridiem proxima et secunda postdein Memorialis
in quibus postea quædam Impressiones, quæ ut prole Diuibus
et non infimi Episcopos injuriosa, aut omnino suppressa sunt aut
pro aliis Mutationes Reddita, Quædam quæ Repetitiones, quæ
delata sunt, Nihil omnino Mutatum; Cum autem non convenirent
Inter se Deputati de modo Reformandi Scriptum postea
sunt Meritissimus Syndicus et fidelissimus Scriba, hanc in re
provinciam susceperat, et Res Remissa est ad subordinatia
Comitia proxime habenda Die veneris undecima Martii

Die veneris undecima Martii, habita sunt apud Amplissimum
Rectorem in Mazarineo Extraordinaria Deputatorum Universi
Statis Comitia per Schedulas ubi convenerat indicata hora Sequi
Nona, in quibus auditis Meritissimi Syndici, fidelissimi Scribæ
Stationum Deputatorum observationibus, iisdemque discussis
Quibusdam illas Reformata est tenta pars Memorialis, postulant
ibusque Syndicis Deputatis, idem Memoriale typis Mandari
et Exemplaria suis ordinibus distribui, Exposuit fidelissimus
Quæstor, Infantium esse Aerarium Academicum, Nec posse impensas
Illas saltem integras fieri, placuit pauxillum imponere sum
In singulos ordines Rejici; ita ut quæ distribuentur Universi
Statis Nomine Exararii Academici, solverentur, Quæ vero
Singulis ordinibus distribuentur, Ea propriis Facultatum
aut Nationum impensis solverentur

Die Decimâ octava Supplicatum est apud Sanctum
Martinum de Campis

Die vigesima sexta Martii apud Matturinenses hora septima Matutinâ celebrata est Missa pro Defunctis tribulibus venerandæ Nationis

Die vigesima quarta hora septima Matutinâ apud Sanctum Severinum post Sacrum Spiritus Sancti Magistri Joannis Rozemar — fuit habita Comitia venerandæ Nationis in quibus 1° Quantum potuit gratias Egi venerandis tribulibus propter collatum in me munus procuratorium, 2° Concurrentibus omnium votis in procuratorem electus est Magister Franciscus Brunel Bajocensis Baccalaureus Theologus, solitumque præstiti Sacramentum super Meas manus, 3° Quatuor viri pro novo fastus novo procuratori Sacramentum præstiti; Rata fabita fuit quæcumque gesta in meo Magistratu, Et sic cum venerandis tribulibus Concluso Servient

Eadem die hora Decima apud Maturinenses, Quatuor viri Confirmatus et cum aliis Collegarum Nationum Quatuor virís primo prius Sacramento Conclave ingressus, Cujus ostium — Negotiorum Clausum est Rectoris Communi Quatuorvirorum — suffragio Latus Rectoris prorogatus fuisse amplissimo Rectori Petro Fromentin in Mathurinos Rectoriæ Alteri, Quo — prorogatio Libenter Confirmata est —

Acta et decreta Venerandæ Nationis Procuratore Magistro Francisco Brenet Presbytero Bajocensi Baccalaureo Theologo a die 24ª mensis Martii 1746

Die 24ª mensis Martii, horâ septimâ matutinâ, post sacrum in sacello Harcuriano celebratum, habita sunt ordinaria venerandæ nationis comitia, in quibus non suffragantibus modo omnibus quot quot aderant tribulibus, iis quo numero non paucis, sed acclamantibus etiam, vestibus quæ pro suppleximo more accederem, Procurator renunciatus sum. Cujus quidem beneficii memoriam his commentariis consignatam volui, et solum consilio, ut justi, quibus assensus sum, grati memoris quæ animi sensus nunquam non innotescant. Brenet

Eâdem die horâ decimâ matutinâ habita sunt apud Mathurinenses comitia Rectoria, in quibus electum manè quatuorvirum M. Romanum Le Vicil venerandæ nationi confirmavit, supplicibus indulgendum censuit, uno tamen excepto qui magistrii in artibus gradum in academiâ Remensi adeptus, cujusque licentiæ gradum in salubérrimâ facultate Parisiensi decurrere, quod quidem ingredi nefas erat nisi priùs eundem in academiâ Parisiensi gradum consecutus esset, ad prævia examina admitti postulabat, quamvis nullam in hac nostrâ academiâ philosophicæ operam impendisset, ut, si capax idoneus que reperiretur, magisterii laureâ insignito eorum comparis fieri liceret. Denegata hi supplici a venerando ordine postulata tres aliæ nationes concesserunt. De iis supplicibus qui immunitatem a onere scribendi codices philosophicos rogavarunt atque impetrarunt rogatari sunt, omnium nationum consensu jussit academia ut labrem alienâ manu exaratos codices proferre teneantur a censoribus perstrandos. Suffragantibus quoque omnibus nationibus decretum est ut quam legit Rector amplissimus ad se

B

Scriptam ab illustrissimo rei bellicæ administro de iis academiæ alumnis qui militiæ nomen dederint, ea commentariis academiæ inscriberentur typis que mandarentur omnibus et gymnasiarchis et professoribus distribuenda. atque ea præterea academiæ visa est hæc epistola, quod nullo antea privilegio ea de re scripto gauderet. iisdem in comitiis fasces Rectorii, plaudentibus omnibus prorogati sunt amplissimo Rectori M. Petro Fromanno disertissimo eloquentiæ professori in Magarinæo.

Bzenlty.

Die Sabbati 2ª aprilis habebantur menstrua in hac curia comitia, in quibus oratione brevissimâ quas potui maximas venerandis tribulibus gratias egi, habiturus immortales Bzenlty.

Eâdem die horâ post meridiem secundâ tribunalis academici comitia apud Rectorem amplissimum habita sunt in quibus unus duntaxat supplex accessit pro litteris nominationis, cui postulata concessa sunt. Bzenlty.

Die decimâ octavâ aprilis, horâ septimâ matutinâ, synodus academica de more celebrata est in quâ præsentes sanctæ Beneficiarii, absentes legitimas ob causas excusati qui vero nullâ de causâ, salvem ea quietâ, veteris academicis mulctavit Bzenlty.

Die Sabbati septimâ octavis Maii horâ sextâ matutinâ post sacrum in sacello curiano celebratum accessit supplex pro regentiâ et scholis jure magisterii in artibus et Baccalaureatûs in sacrâ facultate M. Joannes Franciscus de Ismelle presbyter Vexoviensis, qui quidem communibus omnium tribulium votis admissus est, dicto prius sacramento, in gremium venerandæ matronis; cujus rei fidem facio Bzenlty.

Eâdem die horâ post meridiem secundâ habita sunt menstrua tribunalis academici comitia. Tres accessere supplices pro litteris nominationis. Tribus concessa postulata sunt. Bzenlty.

B

Die Sabbati 4ª mensis junii habitæ
sunt apud amplissimum Rectorem in
Mazarinæo Comitia deputatorum
universitatis, in quibus duo pro litteris
nominationis supplices stiterunt, iisque
postulata concessa sunt. Bene.

Die junii 18ª Rector amplissimus
unà cum Decanis, Procuratoribus, —
Decanorum que et Procuratorum —
adjunctis novum Parisiensem archiepis-
copum adiit novam ipsi dignitatem
gratulaturus. comites triam amplissimo
Rectori fuere Syndicus, quæstor et
Scriba academiæ. Bene.

Die 23ª junii post sacrum de more
horâ sextâ matutinâ in sacello collegii
justiniani celebratum a vigilantissimo
ejusdem Collegii Primario, accessit
supplex pro quadennali munere —
Magister Nicolaus Guillard Licentiatus
Theologus, Collegii Thesaurarius cum
Primarius, qui Procuratorius, qui,
nemine reclamante, quadennio in —
electis erat, solitum que præstitit
sacramentum. Bene.

Eâdem die horâ decimâ matutinâ
præclara artium facultatis comitia
apud Mathurinenses habita sunt, —
in quibus rata et grata habuit præclara
facultas ea omnia quæ gessit Rector —
amplissimus in suo trimestri magistratu,
litteras et eo nomine commendatitias —
concessit perhonorificas, supplicibus —
omnibus indulsit, sumptuque majore
quadennium confirmavit, deputatosque
nominavit e suis tribulibus unum —
qui cum amplissimo Rectore, aliarum
facultatum decanis, nationum —
Procuratoribus, illustrissimum Senatûs
Parisiensis Principem, illustrissimum —
Procuratorem Catholicum, virumque
clarissimum D. Macé Senatorem —
insegne unum salutaturus adiret, —
atque iis gratias universitatis nomine
acturus pro eâ quâ academiam prosecuti
sunt benevolentiâ, impensisque ab iis —
curâ et laboribus in negotio spectantes
præmia ab universitate imponerentur
suis alumnis distribuenda. Deputatum

B

cum suo Procuratore nominavit Ven. ordo
integerrimum Sum Censorem M. Vray
Litterarum professorem in Cardinalitio,
postulavit que ut secum communicare
vellet amplissimus Rector memorialem
quendam libellum ab eo magistra-
= tibus oblatum, quo, tanquam fundamento,
initium latum ea de re Senatus consultum
his veteris, conclave ingressi sunt
quatuorviri, reduces que ad Comitia,
nuntiante M. Nayot in Marchianis
Professore, electum à se in Rectorem
renuerunt M. Guerin constantissimae
Nationis Tribulem ac Eloquentiae
in Sorbona Regiae professorem
celeberrimum. quae quidem electio,
quamvis ab omnibus Rectoriâ dignissimo
dignissimus judicaretur M. Guerin,
quanâ omnium quotquot aderant
virorum academicorum indignatione,
utpote immatura atque intempestiva
audita sit, vix ac ne vix quidem verbis
Exprimere licet. nunciatâ electione,
dixit amplissimus Rector ut in Sum-
quaque locum secederent nationes —
eam confirmaturae. imò, infirmaturae,
conclamarunt plurimi. secessêre —
Nationes. factam electionem sola
confirmavit natio constantissima; —
honoranda verò, fidelissima et Veneranda,
postquam M. Guerin virum Rectoriis —
fascibus gerendis haud sanè imparem —
omnibus quae superiorem laudibus —
praedicaverunt, illatam amplissimo —
Rectori de academiâ immeritis titulis —
optimè meritò injuriam pronunciavere,
electionemq; a quatuorviris factam
improbarunt, damnavarunt, infirma-
= verunt. infirmatam cum pronuntiasset
Rector amplissimus, medio in comitia
processit M. Guerin, ibique postquam
timidâ quidem et brevi, utpote extemporali,
sed disertâ oratione, imposito sibi a =
quatuorviris oneri sustinendo imparem
Esse se modestè professus est simulque
erga Academiam amorem, studium ac —
reverentiam egregiè significavit, ex meâ
certè neque satis unquam laudandâ —
et moderatione et docilitate, praeclara
facultatis decreto stare se palam declaravit.
Surrexit posteà Meritissimus Syndicus —
postulavit que pro suo Syndici munere —
ut in suum quaque locum secederent

B

Nationes alios electores quatuorviros.—
Cui postulationi obtemperantes Procuratores
diximus quo, quoniam irritâ electione
quatuorvirorum jus irritum fuerat,—
Procuratorum esse quatuorvirorum
munere defungi. consensere omnes,—
nec ipse dissensit meritissimus Syndicus.
Statuto igitur coram amplissimo Rectore
sacramentum de more præstitimus,—
et conclave ingressi, unanimi consensu
fasces Rectoris prorogavimus M. Petro
Tevenino celeberrimo Eloquentiæ
professori in Majorinas. prorogatos
sumenâ cum omnium exultatione—
audivit præclara facultas, atque,—
nemine non plaudente confirmavit.

Ita est.

Die junii 28ª, post sacrum hora
sextâ matutinâ in sacello Sorboniano
celebratum ordinaria habita sunt
Comitia, in quibus post quam Deus
precatum est, his verbis M. Joannis
Desaulnieux qui missam in his ce-
Comitiis celebrandam fundavit,—
prorogatum est fidelissimo quæstori
M. Ludovico Fontaine in Regiâ
Navarrâ professori quæstorium
munus. is autem cum vellet eo—
abdicare se magistratu quem à
plurimis annis tantâ fide quantâ
vigilantiâ et sagacitate gerebat,
petens venerandæ nationis precibus—
mutavit sententiam idemque sibi,—
viro scilicet rerum intelligentissimo,
munus prorogari permisit.

Isdem in Comitiis a me Procuratore
nominati sunt et à venerandâ natione
approbati, qui fidelissimi quæstoris—
rationes excipierent et computarent—
MM. Dionisius le Rat Baccalaureus
Theologus Collegii Justiniani primarius,
Joannes Tabarie, licentiatus Theologus—
Eloquentiæ professor in Lexovæo,—
Joannes Franciscus Brunet licentiatus
Theologus è Regiâ Societate et in Regiâ
Navarrâ professor, Ægidius Besson—
licentiatus etiam Theologus, Socius—
Sorbonicus.

Nominavi quoque Ego Procurator,—
probante venerandâ natione, M. M.—
Jacobum Hecquard licentiatum—
Theologum Socium Sorbonicum,
Ludovicum le Blanc Baccalaureum

B

Theologum Pluquet
et franciscum le Jumelle Baccalaureos
etiam Theologos ad tentandas candidatorũ
magisterii in artibus vires. Bzovius.

Die Sabbati 2ª julii, Visitationis
B. virginis festo, sacrum in sacello
sacrarium celebratum et duplex,
proprieq quod eodem die festum
prædictum et primus mensis dies —
Sabbati occurrerent Bzovius.

Die Mercurii julii sextâ fidelissimi
quæstoris rationes excepimus ego —
ven. ordinis procurator, censor —
integerrimus M. vray, M. Durand
Decanus sapientissimus, cæteriq; —
quatuor tribules venerandi ad eas-
expungendas deputati. quibus quidem
rationibus visis, expensis sedulo et
attentè, non fidelissimum modò —
quæstorem invenimus, sed et virum
suâ in rebus gerendis sagacitate, —
sua in ven. nationem studio maximè
commendabilem. Bzovius.

Die veneris augusti 5ª versalias
profecti sumus. Amplissimus Rectori —
comites ad salutandum Regem, Reginam
Serenissimam que Delphinum de —
Delphinæ Serenissimæ obitu, die —
veneris 22ª julii horâ undecimâ —
matutinâ demortuæ. Scripseras scilicet
ad amplissimum Rectorem academiæ
principem illustrissimus Regni admi-
nister Regique maritimæ præfectus dñus
de Pontchartrain Maurepas câ die —
post grandium salutandi copiam fore.
congregati igitur apud amplissimum —
Rectorem in Mazarinæo circâ horam
decimam matutinam sacræ, consultissimæ
et salubérrimæ facultatum decani cum
suis adjunctis, cum suis pariter —
adjunctis quatuor nationum procuratoribus,
syndico, quæstore et scribâ universitatis-
ac Bidelli quatuordecim horâ undecimâ
Rhedas conscenderunt. horâ post meridiem
secundâ versalias perventum est descensum
que in Recollectorum conventum, ubi —
post quam duas circiter horas conquievimus
suas quisque dignitatis induit insignia —
Bidelli que suos fasces argenteis fericis —
operuerunt. in eam deinde Regii palatii —

B

aulam processimus quæ academiæ —
excipiendæ fuerat assignata. adfuit non
ita multò post rituum magister qui ad
Regem augustissimum academiam —
deduceret. Eundo autem is ordo servatus
fuit. præcedebant Bidelli quatuordecim
Bini, demissis ad terram fasciumq capitibus,
quos sequebantur bini rituum magister et
Rector amplissimus. hujus utrumque
latus cingebant, dextrum scilicet sapi-
entissimus sacræ facultatis decanus,
sinistrum verò ejusdem facultatis adjunctus.
reliqui autem tum decani cum Procura-
tores et adjuncti iuxta incedebant ut —
dextram partem decani juniores et —
medicinæ cum procuratoribus tenerent,
adjuncti sinistram. quâ quidem in
dispositione duo videntur observanda; 1.°
academiæ ad Regem præcedenti non
adfuisse comitem illustrissimum —
Regni administrum rei maritimæ et
Regiæ domûs præfectum, quem ad —
mensum sacrum esse legimus simili
in occasione, die 27 aprilis an. 1711,
2.° eodem die et anno alios ordines dis-
situs fuisse ornatissimos procuratores,
eo quod longè meliori, quippe cum,
suarumque nationi, forum quæ et
acta et dicta sunt rationem reddere
teneantur, servato antiquo ad ordines
minùs et a Rege et a Rectore distant,
et videre et audire facilius possunt.
hoc utrumque emendari in posterum,
cum loco dederis occasio, si fieri possit,
operæ pretium videtur. reliqua omnia
de more præcepta sunt. ad Regem augus-
tissimum, augustissimam Reginam
Serenissimumque Delphinum orationes
habuit Rector amplissimus viris
principibus, academiâ nostrâ semper
Rectore dignissimos, quos ita excepere
viri principes, ut nihil optari dum
amplius academiæ reliquerint. his
absolutis a rituum magistro in eandem
undè processerat regiæ palatii aulam
deducta academia est, quæ statim
in Recollectorum conventum rediit, ubi
depositis quibusque dignitatis suæ
insignibus rhedam conscendit rediit
quo Parisios.

Die Sabbati 6.ª augusti sacrum in
sacello Harcuriano celebratum est, uti
celebrari assolet primo quoque cujusque
mensis Sabbati die, et habita per —

B

sacrum comitia in quibus eorum
omnium quæ Versaliis gerebantur
quam justi accuratissimam venerandæ
nationi reddidi rationem Bolnelly.

Die Sabbati 13ª augusti, præterea
quod in diem Dominicum decimus quartus
mensis dies incideret, octaviralia
apud Martinienses comitia habita
sunt in quibus appellati ab utroque
cancellario bini & singulis nationibus
quatuorviri, licentiandi in artibus
pronunciandi, a singulis nationibus
electi sunt, ut moris est Bolnelly.

Die Dominicâ augusti 14ª horâ
post meridiem prima, primes assump-
tionis B. Virginis Vesperæ in hac meam
sacello decantatæ sunt, & postridie,
qui fuit assumptionis dies, missa
solemnis eodem in loco celebrata,
horâ decimâ matutinâ Bolnelly.

Diebus 7ª & 8ª septembris, pro
nativitatis B. Virginis festo eadem
sacra, eodem in loco, horis iisdem &
eâdem cum solemnitate a venerando
ordine celebrata sunt Bolnelly.

Die Lunæ decimâ octobris ordinaria
eligendo quadrumviro comitia habita
sunt, electus que est quadrumvir a ve-
nerabili natione, qui fasces Rectoris aus-
picatissimo Rectori præferret, aut
alium eligeret Rectorem, Magister
Dionisius le Rat Baccalaureus
Theologus, Collegii justitiani primarius,
atque in pluralitate suffragiorum
electus hic; tres enim pro quadrumviri
munere supplices libelli ferebantur.

Eâdem die horâ decimâ apud
Martinienses in generalibus præfecturæ
facultatis comitiis rata & grata habita
sunt & omnia quæ gessit amplissimus
Rector M. Petrus Flamentin in sua
magistratu, litteræ commendatitiæ
ipsi concessæ, concessa supplicibus
omnibus postulata, electus que Rector
est pluralitate suffragiorum M. Joannes

B

† Eâdem quoque die octobris decimâ in
gremium venerandæ
nationis admissus est
magister Josephus
Joannes Baptista
Enguerrand de l'Ange
de Belleville Sagiensis
Baccalaureus Theologus
Bolnelly.

Cocher Licentiatus Theologus,
Socius Sorbonicus, celeberrimus que
in Mazarinæo Philosophiæ professor.
quem quidem Electio unanimi nationis
consensu confirmata Et. vocatus in
comitia Rectoriam induit juramen-
tum solitumque præstitit Sacramentum.

Bolelly.

Die 27ª octobris Censoria apud
Mathurinenses habita comitia sunt
horâ septimâ matutinâ, Et venerandæ
nationis Censor Electus Et mag. Robertus
franciscus ancel presbiter Rhotomag-
ensis Et Baccalaureus Theologus

Bolelly.

Die Sabbati Novembris 5ª post sacrum
de more primo quoque cujusque mensis
Sabbati die in sacello harcuriano cele-
=brata ordinaria habita sunt venerandi
ordinis comitia in quibus Expositi —
datum Est mihi à M. Caffarel in
tuorum actus professore Et honorandæ
nationis Expostulatores alterum Exemplar
conclusionis cujusdam ab honorandâ —
natione die 5ª octobris sui in comitiis
facta, cujus hic tenor Est

Extrait du livre des deliberations de
mrs les professeurs tant actuels qu'Emerites
de la nation de france concernant les —
messageries.

Ce jourd'hui six octobre mil sept
cent quarante six mrs les professeurs —
de la nation de france convoqués par
nous procureur soussigné se sont —
assemblés aux Ecoles de lad. nation
pour déliberer sur deux chefs, 1º —
Sur l'arrest provisionel obtenu sur
un appointé a mettre par le Sr de
Beausse docteur en Theologie ex
devant principal des artiens au
College de Navarre, Et s'ils estimoient
devoir suivre cette affaire au définitif.
2º Sur le tems de l'Emerite. Ces deux
choses mises en déliberation Et de-
=cidées ainsi ; la Compagnie a été
unanimement d'avis de poursuivre

B

l'affaire du S.r de Beaune au définitif et
de faire finir la contestation sur le tems
de l'émerite en la faisant fixer à vingt
ans pour les professeurs de toutes les nations
s'il est possible, sinon en prenant le
tempérament conjointement avec la
nation de Normandie de consentir que
tous les professeurs actuels puissent joüir
de l'émerite à quarante ans, et que tous
ceux qui seront reçus à l'avenir ne
puissent en joüir qu'après vingt ans, de
quelque nation qu'ils soient. la Compa
gnie a aussi chargé M. le Recteur Syndic
de l'université de suivre ces deux affaires
et l'a autorisé à cet effet conjointement
avec M. le Procureur. ainsi signé ——
Caffarel procureur de la Nation ; —
Germain pour la tribu de Paris, Ollin
pour la tribu de Sens. de la Porte pour
la tribu de Rheims. Guerin Doyen de la
tribu de Tours. Mouton Doyen de la tribu
de Bourges. le Recteur. Leutaud Censeur.

Affiché veritable, par moi soussigné
procureur de la nation de France et en
cette qualité dépositaire dud. livre. a
Paris ce 8 octobre 1746 signé Caffarel
avec paraphe, procureur de la nation
de France.

Lecto coram venerandis tribulibus hoc
extracto, addidi testimonio à me honorandæ
nationis nomine M. Caffarel ut illud
cum venerandâ natione communicarem
ipsi que deliberandum proponerem nun
vellet honorandæ nationi adjungere se —
et rem utramque agere et cum eâ. re in
deliberationem missâ et audito acquissimo
Censore placuit ven. nationi de duplici —
isto negotio honorandæ nationi adhærere,
ipsius conclusionem in omnibus amplecti,
ejusdemque ipsâ procuratoris in Supremâ
Parisiensi curiâ ministerio uti communi —
sumptu, et ita à me conclusum est.

Deputatos nominavit ven. ordo qui —
mecum procuratore, cum honorandæ —
nationis deputatis rem istam utramque
agerent M. l'Hermite Grammaticæ —
Professor et M. David
Grammaticæ Diam professorem
in testimonium. Brenet.

Die Martis 21 novembris horâ — Lunæ
7ª matutinâ, B. Virginis præsentationis B
festo, sacrum in sacello harâriano
de more celebratum est.

Die Mercurii ejusdem mensis 24ª Jovis
horâ post meridiem 1ª primæ — B
Vesperæ pro S. Catharinæ festo —
Eodem in sacello cantatæ sunt, et
postridiè, qui fuit S. Catharinæ festus
dies, horâ 10ª matutina incrementum
oblatum est sacrificium. BELLEY.

Die Veneris 16ª decembris postquam
sacrum in justiniano sacello horâ 7ª
matutinâ celebratum est, viisque —
manibus M. Joannis de Rouen bene
ame precatum, accessit suffragiorum
numero quamvis M.
qui quidem unanimi omnium quamvis
electus est eligendo aut prorogando —
amplissimo Rectori.
Eadem die horâ 10ª matutinâ apud
mathurinenses concedibus suffragiis —
rata et grata habita sunt quæcumque
gessit in Primatu suo Magistratu
Rector amplissimus concessæque ipsi —
litteræ commendatitiæ. omnibus qui-
bus scriturus supplicibus postulata
esse scriturus supplicibus postulata
concessit præclara facultas, una —
Excepto qui immunitatem abnuere —
scribendi codices philosophicos dixerat,
nonaliud quam Chirurgi infirmitatis
sue testimonium afferebat. Electum
manè quatuorvicem confirmavit Ven.
natio, fasces que Rectorii prorogati —
sunt Th. Joanni Cocher licentiato —
theologo, socio Sorbonico, celeberrimo
philosophiæ professori in Mazarineo
atque istam prorogationem præclara
facultas nationumque omnium voce —
confirmavit BELLEY.

Die jovis februarii 16ª solemne —
sacrum in sancti Marcelli sacello horâ
10ª matutinâ celebratum est Ex —
fundatione M. Ludovici le Sauvage
Ven. ordinis quondam decani, qui
quidem sacrum die hujus mensis 15ª
celebrari non potuit natali Regis
augustissimi Ludovici decimi quinti —
B

die, prospereá quod in feriam quartam
cinerum dies iste incideret. huic —
autem sacro interfuit Rector amplis=
=simus cum quatuor procuratoribus, —
adfuere etiam frequentissimi —
academici proceres Brenk.

Die 24ª Martii anni 1747 horâ
septimâ matutinâ habita sunt post
Sacrum in sacello Harcuriano cele
bratum ordinaria Venerandæ nationis
Comitia in quibus postquam bene
precatus sum pijs manibus M. Joannis
Roannæi dixi Ego procurator Vene=
randi ordinis cum esse Venerandæ —
nationis morem ut hâc ipsâ die —
quatuor procuratoris electio fiat
Et, si quis foret qui procuratoris munere —
procuratorio fungi vellet, —
Supplex se coram venerandâ —
natione sisteret. Stetit se M. Domi=
=nicus Morin Grammaticæ in Cardina=
=litio professor. audito æquissimo —
Censore, res a me in deliberationem
missa Est, Et longè majori suffragiorũ
numero tum professorem tum Bacca=
=laureum fasces procuratorios mihi —
prorogare voluit natio Venerandæ, —
atque ità, a Venerandâ natione —
rogatus conclusi.
Sidem in Comitiis, suffragantibus —
omnibus quatuor in electus Est M. —
Jacobus Hecquard Baccalaureus —
Theologus qui aut alium eligeret —
Rectorem, aut Rectoris fasces Rectori
amplissimo prorogaret, Solitumque —
in manibus meis præstitit Sacramentum./.
Brenk.

Acta
Venerandæ Nationis
Magistro Francisco Brenet
iterum Procuratore

Die 24.ª mensis martii horâ decimâ matutinâ ordinaria præclaræ artium facultatis comitia apud cistercienses habita sunt in quibus postquam eorum quæ acta in trimestri suo magistratu gesta sunt præclara facultati rationem reddidit Rector amplissimus postulavit ut ea rata haberentur et grata litteræque sibi commendatitiæ decernerentur, supplices accessere varii varia rogantes, de quibus audito maturissimo syndico, dixit amplissimus Rector ut ibi simul quæque tocum secederent nationes tam de suis postulatis quam de supplicibus deliberaturæ suisque confirmaturæ quatuorviros. tunc surrexere medii in comitiis venerandis tribulibus nostris nonnulli, interciderunt quæ venerandæ nationis procuratori sedere pergeram; quippe quod, aiebant, cum hac ipsâ die magistratu decedere deberim, recurrerent quæ professorum vices, mihi baccalaureo procuratorii fasces prorogari nec deberent nec possent. surrexere pariter alii e nostris nonnulli† contendentes ea venerandæ nationem libertate gaudere ut possit quando et cui voluerit procuratorios fasces prorogare. cum ingnaciter utrinque linguis certaretur, ut finem clamoribus et contentioni imponerem, dixi, quando quidem longe majori suffragiorum numero prorogati mihi fasces procuratorii fuerant nec petenti, nec exspectanti, nec optanti, certumque sit et inconcussum venerandæ nationis jus circa ejusmodi prorogationem sapius antea a se factam, postulare me ut venerandis haredibus libertas integra illæsaque servaretur ac maneret.

† ii qui professores B

Cum Jurgens M. Le Neveu pro re academica postulare se dixit ut cum nationum antiquioribus in locum majorum secederent amplissimus Rector et procuratores ornatissimi ubi patribus auditis, consultis etiam aliquoribus nationum quid æqui bonique foret de ea controversia statuerent. dictum, factum. audiræ partes sunt, auditæ

nationum antiquiores, auditus pariter M. le Revens, requo indeliberationem missâ ab amplissimo Rectore apud ornatissimos Procuratores Litem penitus dirimendam post quindecim dies remiserunt, atque interea munus Procuratorium à me retinendum judicavere.

His peractis omnes unanimi consensu nationes postulata amplissimo Rectori concesserunt, quamvicies maturinis horis electos confirmavere, Jubilæis omnibus indulserunt, concordibus que quamvicesum suffragiis Rectorii fasces Viro clarissimo M. Locher porrogati sunt Brenly.

Die Sabbati 25ª Martii horâ 10ª matutinâ solemne sacrum in harcemiano sacello celebratum Est, ut celebrari solet die annunciationis B. Virginis festo. Post sacrum Vesperæ solemnes decantatæ, quibus quadragesimali tempore dies ille festus occurrit.

Brenly.

Die Sabbati aprilis 1ª celebratum Est in Majarinæo, ubente amplissimo Rectore, Tribunal academicum, horâ, de more, post meridiem primâ.

Brenly.

Die jovis 13ª mensis aprilis, ab amp. Rectore vocati, Versalias profecti sumus, Regem, Reginam, Delphinum Delphinam que salutatum de obitu Serenissimæ principis Catharinæ Opalinskæ Stanislai Poloniæ Regis Lythuaniæ que ac Lotharingiæ Ducis conjugis augustissimæ, Reginæ nostræ matris, ibi que principes Augustissimos Rectoris nostri voce salutavimus eodem ordine qui servatus legitur die 5ª augusti anni 1746. à Viris autem Et Fœminis principibus Eâ benignitate, Eâ benevolentiâ Excepta academia Est quâ major Esse nequit. Brenly.

Die Sabbati aprilis 29ª horâ decimâ matutinâ cum dimidiâ in harcemio habita Exhibitum ordinem sum Ven. Nationis Comitia quæ per Schedulam de more apparitorum ministerio indixeram, in quibus Exposui Denunciatum mihi per privignum fidelissimæ nationis appariporem suum, nomine M. Morin unius è nostris tribulibus, die hujusce mensis 15ª Libellum quendam supplicem

ab ipso amplissimo Rectori oblatum
quo quidem postulavit ut dies mihi
dicerem tam pro me quam pro mihi
adhærentibus ad præclaræ artium facultatis
tribunal die & horâ placitis congregandâ,
ut ibi partibus auditis nulle irritaque
declararetur ea Ven. nationis conclusio
quâ longé majori suffragiorum numero
procuratoris mihi fasces procuratorios
voluit die Martii 24ª, legitima verò &
rata electio M. Morin in procuratorem
eodem die aliis facta qui intercesserant
quo minus fasces mihi procuratorii pro-
garentur, aut juberet aliam fieri electio-
nem procuratoris ex ordine professorum,
Venerandam quæ nationem ea de causâ
quamprimum ad me convocari; edixisse
Rectorem amplissimum in libelli istius
supplicis calce ut cum syndico universitatis
communicaremus; declarasse universitatis
syndicum nihil se moveri posse academicâ;
mandavisse insuper amplissimum Rectorem
ut vocaremus partes ad tribunal præclaræ
artium facultatis in Mathurinensi habendum
die aprilis 19ª: diem hanc mihi ex-
juris formulis ab adversis partibus fuisse
dictam quâ de libello supplici et mandatis
circumstantiis hinc pendicibus responderem
causam quæ agerem; noluisse me, de Ven.
nationis patroni in supremâ Parisiensi
curiâ consilio, vadimonium obire tum
propter diversa quæ in vadimonii denun-
ciatione occurrebant vitia, cum quæ prei non
legitimam & judicum & tribunalis
procuratorem; die aprilis 19ª pronunciatum
fuisse à Rectore tribus hinc alium
nationum procuratoribus decretum quo
deseri à me vadimonii partibus adversis
actus datus &, in hunc habentem suas
ipsis petitiones adjudicatas statutumque
prorogationem hanc ad summum præma-
turum sacram die martii 24ª; pro nullâ
habendam, electionem verò M. Morin
eodem die sacram probandam hinc &
confirmandam; decretum hoc Rectorium
denunciatum mihi fuisse nomine M.
Morin die aprilis 21ª; conscriptum
hinc me: supremi senatûs judicium quo
appellatorem me admisit, decrevitque
partes sabbati die, 29ª aprilis audien-
dæ, omnibus interea in statu quo rema-
nentibus: hâc ipsâ die ad audiendas
partes indictâ, auditis non hinc, quamvis
sese coram magistratibus sistentibus &
ad sabbatum sequentis hebdomadæ
remissas; hâc eâdem ipsa die, horâ 7ª
matutinâ denunciatum quoque mihi

fuisse à M. Morin pro prædictum appellationem instrumentum quoddam in quo se Ven. Nationis procuratorem vocat, atque eo nomine intercedit ne indicta à me præsentia hæc comitia habeantur, &, si habeantur, ea omnia quæ in ipsis decerni possent pro nullis ac irritis habitarum esse se declarat.

His ità expositis, postulavi à Ven. natione 1°. ut de istâ M. Morin intercessione mentem aperiat suam, 2°. ut quid quid in hâc litis quam mihi intulit M. Morin hactenus gessi probare velit & confirmare, 3°. ut ad meam causam non accedat modo, sed suam esse non meam declarat, 4°. ut deputatos eligat & nominet qui mecum procuratore litem hanc agam & Ven. nationis jura tueantur, 5°. ut sua aperiri tabularia jubeat & quibus omnes hæ tabulæ deinceps evolvendæ Ven. Nationis liberari possint inservire, 6°. denique ut sumptus in hâc litis agendâ impendendos Ven. natione impensum iri.

Quibus in deliberationem à me missis, auditis æquissimis censoribus, nullo refragante placuit 1°. ut nulla haberemur ratio intercessionis M. Morin, 2°. rata & grata habuit Ven. ordo ea omnia quæ circa hanc litem hactenus gessi, 3°. declaravit Ven. natio non meam sed suam ipsius agi causam, justitque componi libellum supplicem supremo Senatui porrigendum suo nomine, quo postularet ut in hac lite intervenire sibi liceat, supremumque Senatum faciat certiorem de suâ libertate hactenus illæsâ & in posterâ, ut suis magistratibus munera sua prosequi possit, 4°. deputatos elegit & nominavit, qui mecum litem agant & Ven. ordinis jura tueantur M. M. Thelwall, le Rat & antel censorem suum integerrimum. 5°. sua aperiri tabularia jussit & Robiscum deputatis has omnes communicari tabulas quæ huic de negotio prodesse ac inservire possunt. 6°. decrevit sumptus in hâc litis agendâ necessarios à Ven. natione impendendos & è suo ærario dependendos; atque ità à me præcursore conclusum est.

Observandum tamen est nullum hisce comitiis interfuisse ex eorum numero qui prorogationi meæ intercesserant. Brent.

Die Sabbati 6ª maii hora 6ª matutinâ sacrum in Harcuriano sacello celebratum est quod primum quoque cujus quæ mensis Sabbati die celebrari solet, & alterum de more profesto S. Joannis ante portam Latinam, hunc in diem incidente. quo quidem utro que celebrato sacro, ordinaria comitia habita sunt quibus præsidi procuratore, obstante & intercedente nemine, quamvis adessent ipse M. Morin & cum ipso ex iis plurimi qui adversum me & pro me militabant: hujus autem inopinata quodammodo pacis & inexpectatæ concordiæ causam cum exposuissem, dixissemque non sine gravi sine dolore me controversiam inter Ven. Comitiales exortam deprorogatis fasibus procuratoriis & pendentem sub judice lite quæ ex hac controversia nata est,

quæsisse me de animo voluisse si quos
forent dirimendæ controversiæ litisque
componendæ rationes & vias; cogitanti
mihi acumenve reputanti occurrisse non
= nullos pacis conditiones quibus non in
præsens solummodò restitui, sed æternum
stabilitæ & exercendis omnibus Ven.
nationis numeribus concordia posset;
adisse me Tribulium numerum provoca-
= tioni adversantium in supremâ curiâ
patronum, quamquam prorsus ignotum
mihi; propositas ipsi à me fuisse quas
cogitaveram cogitationes pacis & ab-
ipso cum suis clientibus communicatas
quibus & justitiæ & æquitati consentaneæ
= neæ visæ sunt; in propositas hasce
pacis conditiones, 1.° ut intercessionem &
concessum sibi decretum Rectoris emolumen-
tum remittant qui intercessere, eatenus que
& gratos habeant provocationem mihi pacis
procuratorios, 2.° ut pro bono pacis hos-
deponam, alios quamprimùm & Professo-
= rum ordine Procuratores eligatur, horter que
& animo Ven. nationem ut pro cæteris
& eligat M. Morin celeberrimum in
cardinalitio Grammaticæ professorem,
3.° ut solemnis & irrevocabilis à Ven.
nationis conclusio fiat solemni Senatûs
consulto confirmanda quâ statutum
nunquam non in posterum alternis
vicibus à Professoribus & Baccalaureis
omnia omnium Ven. nationis munera
Exercenda, nec cuiquam sivè Professori,
sivè Baccalaureo provocandi de ejus
nisi, non unanimi quidem, sed generali
Tribulium consensu, 4.° ut intacta tamen
illos aquæ maneat Ven. nationi libertas
bene eligendi quem majori suffragiorûm
numero voluerit, & professorum ordine
cum vices Professorum, & ordine Bacca-
= laureorum cum Baccalaureorum vices
recurrant, nullâ aliâ, nisi ordinis, habitâ
ratione, & antiquitatis nequaquam, —
5.° denique ut præmia solvendis & —
unâ quæ pacis sumptibus necessaria, &
Ven. nationis ærario desumatur.

Hæc postquam exposui, supremum obisse
diem dixi & nostris Tribulibus unum M. —
Gosse, statuendum que quo die pro bono pacis
= liceret fieri sacrum Ven. Nationi juberet. id —
postridie Dies Lunæ proximè sequenti hodiè
& matutinâ sacrum fieri decretum &t. —
De propositis verò pacis conditionibus —
in diversas abiere Tribules sententias,
neque quidquam hâ de re statui —
potuit ac decerni. id unum effecere —
licuit, ut discederem a Comitiis volentes —

plerosque granatum detinerem ac — monitos facerem me de in Comitiis die Lunæ mensis 8ª habendis Fasces Procuratorios depositurum, rogarem que Ex — obtestarer ut his frequentes adesse vellent novum Procuratorem Ex ordine Professorũ Electuri. Brenly.

Die Lunæ 8ª mensis maii post sacrum horã 6ª matutinã in Sacello Harcuriano celebratum quod pro demortuo M. Gosse oblatum est, Ven. Nationis Comitia habita sunt indicta à me non viva voce sabbati die sabbati proxime elapsã in Comitiis — ordinariis Hyemis Etiam per Schedulam de more ad omnes Tribules per domos —, directam. in iis autem Comitiis postquam Ven. Tribules ad pacem restituendam cohortatus sum Ex hac eadem restituendæ — conditiones proposui quas in posterioribus Comitiis proposueram. Postulavi 1º ut rata atque grata que habere vellent prorogationem meam ad Procuratorium munus — qui me fierer intercessere, rata Ex grata Ex omnia quæ non tum dũ magistratûs decurso sed Etiam Ex quo tempore prorogati mihi — Procuratorii fasces fuere, tuta que inter cessionem Ex concessum sibi decreto Rectorio stipendium remitterent; 2º ut fasces — Procuratorios deponere mihi licerer alium que Ex ordine Professorum Procuratore Eligerem; Ex quæ caeteris M. Morin Viro multis quidem nominibus, sed hic præcipue in Ven. nationem studio maximè commendabilis; 3º ut Ex conclusio fieret de quã in superiori concluse sione sermonem feci; 4º denique ut impensi Ex utrãque parte sumptus à Ven. natione solvendi deliberarentur.

Quibus in deliberationem à me missis, audito æquissimo Censore, primum mihi postulatum concederunt ut omnes qui prorogationi muneris Procuratorii obstiterant, unus tamen Excepto M. Rose Grammaticæ — in Regio professore. Licuit mihi pariter fasces deponere, Procuratore que Electus Ex longè majori suffragiorum numero, duobus duntaxat alium Eligentibus, Magister — Morin celeberrimus Grammaticæ in Cardinalitio Professor. Decretum que Ex sumptus Ex utrãque parte solvendos à — Ven. natione solutum fuit. De conclusione — verò sibi omnino placuit; atque ita — à me Procuratore conclusum est, pax que Ex concordia restituta sunt, quæ utinam — æternum perseverent. Solitum in manibus meis præstitit sacramentum Magister — Morin Brenly.

Fecerant — P

Acta et Decreta Venerandæ Normannorum Nationis;

Procuratore Magistro Dominico Mosin Lexoviensi Litterarum in Collegio Cardinalitio Professore Ann. 1747.

a die tantum octavâ mensis Maij ob
Litem professores inter et baccalaureos die
24ª mensis martij de munere procuratorio
ortam, quâ die Electio Procuratoris
majori suffragiorum numero servatisque
semper inter utrumque ordinem, qui
venerandam constituunt Nationem alternis
vicibus, numquam vero prorogatio tum
Professoris tum Baccalaurei nisi unanimi
omnium consensu fieri solet et debet,
quâque die pro isto munere quo defungor
solus ex ordine Professorum quorum vices
ad id munus annuum recurrebant suplex
accessi. Sed Baccalaurei malè consulti vilipendentes
numerum, sacer Procuratorios apices his vicibus
alternis prorogaverunt Magistro Francisco
Brenet Baccalaureo Theologo, cujus Prorogationi
Professores, meam Electionem legitimam
habentes, intercessere undè orta fuit
dicta controversia quâ utrimque acriter est
agitata, ut videre est, in actis dicti Magistri
Brenet. Tandem partes Litium fugitantes
et pacis amantissimæ, finem fecere

De consilio venerandæ orationis quæ meam
Electionem in Procuratorem ratam legitimam
et confirmatam habuit, ita què Ego præstito
Dimore sacramento, rata et grata habui
cum toto venerando ordine quæcumque
gessit Magister Brenet a vigesima mensis
martij an. 1746. ad octavam mensis maij
anni sequentis. et ita fuit ame Procuratore
concelusum. Mozin. Proc.

Die Lunæ decimo quinto mensis maij
Amplissimus Rector una cum Decanis
et quatuor Præclaræ artium facultatis
Procuratoribus excepit hora decima matutina
in aulâ magnâ Magnum rituum
Magistrum regia mandata cum pompa
et apparatu solitis deferentem quibus
ab amplissimo Rectore acceptis lectisque
a fidelissimo Academiæ scribâ dies
ab ipso Magno rituum Magistro suis
indicta qua Serenissimæ Catharinæ
Polonæ Reginæ et Lotharingiæ Ducissæ
justa concelebrarentur exequialia.

Mozin Proc.

Die jovis decimo octavo ejusdem mensis
celebrata sunt in Basilica Beatæ Mariæ
ut a rege fuerat imperatum, supra dictæ
Ducissæ justa funebria præsente tribunali
academico, suis insignibus ornato

Mozin Proc.

Die 25a ejusdem mensis [redacted] maij a Tribunali academico per schedulas apud ampl. Rectorem in Mazarineo convocato adjuncti quæstoris academici Magistri Darand auditæ et probatæ sunt tum acceptiones tum impensi rationes, quibus pro venerandâ Nationi subscripsi.

Morin Proc.

Die Sabbathi 3a mensis Junij post sacrum in sacello Sorburiano domo celebratum habita sunt venerandæ nationis comitia, in quibus Duo Baccalaurei Theologi nempe Magister Berlize et Magister Le Digneux præstito in manibus meis domo juramento in gremium venerandæ Nationis nullo reclamante admissi sunt. quod ita concludum fuit à me Procuratore

Morin

Eadem die hora post meridiem primâ ordinaria tribunalis academici comitia habita sunt apud amplissimum Rectorem in collegio Mazarineo.

Morin

Die Mercurij 11a mensis Junij quatuor procuratores artium facultatis Procuratores ab amplissimo Rectore vocati, in collegium dinvillæum horâ jâ matutina convenimus deindè hora octava sequente adfuimus apud mathurinenses cum facultatibus superioribus, processuri ad ædem Deo sacram sub invocatione sancti andreæ ab arcubus

Morin Proc.

Die Veneris 23a. mensis junij post celebratum in sacello Justiniano ex fundatione Magistri Joannis de Roiez sacrum habita sunt comitia quatuorviralia in quibus Magister Durand antiquus Physices Professor et Universitatis generalis questor iterum atque iterum eodem inluctabili fato viduus factus, in quadrumvirum nullo reclamante electus est quod ita ame Procuratore fuit conclusum.

Eadem die hora 10a apud matturinenses porme Procuratorem Venerandus ordo vota et gratissima habuit ea omnia quæ gesserat amplissimus Rector in suo trimestri ultimo magistratu et eo nomine illi dederit Litteras commendatitias honorificentissimas confirmarit suum quadrumvirum horis matutinis electum Magistrum Durand, omnium supplicantium postulatis annuit exceptis duobus quorum alter postulabat immunitatem ab onere scribendi ob oculorum infirmitatem chyrurgi tantummodo testimonio affirmatam. Alter vero postulabat ut cursus philosophicus quem peregerat in Universitate Nannetensi quâcum nullum unquam nostra academia habuit commercium pro uno anno in Universitate Parisiensi haberetur.

Quatuorviri sacris Rectorio amplissimo
Rectori Magistro Joanni Coeffeteau celeberrimo
Philosophiæ Professori in Magarinæo prorogarunt
et prorogato quatuor Nationes confirmarunt
maximo cum Lætitiæ sensu postularuntque
porsuum procuratorem ab amplissimo
Rectore ut Elegantissimam quam habuit
orationem in Commentarii Universitatis
inscribi non gravaretur.

Die 28ª mensis Junii peracto sacro in sacello Sorbonicano
habita sunt comitia quæstoria in quibus prorogatum
fuit unanimi consensu omnium Tribunium
illo sic tamen servatisque inter utrumque ordinem
partibus munus quæstorium Magistro Soulaine
celeberrimo in Regia Navarra Litterarum
Professori qui negotiorum mole obruitur illud
abdicare volebat. in iisdem comitiis
designati fuerunt ante procuratore et a
venerando ordine admissi 1º quatuorviri
expungendis audiendisque rationibus quæstoriis
tum accepti, tum impensi Magister Heron
celeberrimus Humanitatis in Sorbonio
Professor, Magister Tabarie celeberrimus
Eloquentiæ professor in Lexovæo, Magister Le
Mercier et Noel duo baccalaurei in
sacra Theologia dignissimi. deindé quatuorviri
probandis artium Baccalaureis Magistri Seibel
Maupas celeberrimus Litterarum in Lexovæo
Professor, Le Jure Baccalaureus Theologus,
Prevost Baccalaureus Theologus et
magister Berlze pariter Baccalaureus
Theologus. et ita a me procuratore
conclusum fuit.

Die 1a julij post sacrum in Sacrario
celebratum habita sunt venerandæ nationis
comitia in quibus venerandus ordo concessit
Magistro L'Hermite et Magistro Le Mat
Deputatis de Negotio ad novum præclarum
artium facultatis tribunal spectante
quindenam ad recipienda e manibus advocatorum
memorialia ad id negotij pertinentia ut
nobiscum communicentur et videatur an
illis neglectis, venerandus ordo possit
aliarum nationum conclusionibus
adhærere, quibus constat illas a
suprema curia postulaturas ut quam
primum ab ea statuatur illud tribunal
ex decem tantummodo judicibus constaturum
viri nempe ex amplissimo Rectore
Præside ex tribus Procuratoribus actualibus
nationum in quibus non erit controversia
ex duobus Expedeuratoribus, quibus deficientibus,
ex duobus viris Procuratorij immediate
superioribus et ita ante Procuratore
fuit conclusum

Robin

Eadem die habita sunt hora post meridiem
prima deputatorum universitatis mensrua
comitia apud Amplissimum Rectorem
in Mazarineo in quibus duo supplices pro
litteris nominationis jure Magisterij et
quinquennij sua postulata sunt consecuti
et viri academici ex ordine Professorum
electi fuerunt a tribunali in judices
concertationum litterariarum ob præmia
ex fundatione posthuma Magistri Le Gendre
ecclesiæ Parisiensis, dum viveret, canonici
et succentoris.

Robin Sec.

Die 5.ª Julij audita, fidulo perpensa et probatæ sunt a venerandi ordinis septem deputatis rationes fidelissimi quæstoris Magistri Fontanæ celeberrimi in regia Navarra Litterarum Professoris in quibus nihil nisi accuratissimum deprehensum fuit ita ut solutis penè debitis omnibus venerandæ nationis redditus in diem sini augendi.

Morin Secr.

Die 6.ª Julij quatuor Procuratores præclaræ artium facultatis comitatissimus amplissimum Rectorem ad illustrissimum Ecclesiæ Syrnensem D.D. Miropicensem Episcopum cui gratias egit amplissimas nomine Universitatis et præcipuè facultatis artium quod ne catalogi nominum Scholasticorum militiæ sidoneorum urbanæ Politiæ Prorectori tradantur, nihil reliquerit intentatum

Morin

Die 8.ª mensis augusti hora 8.ª matutina ordinaria ven. Nationis comitia habita sunt in collegio Lexovino in quibus post sacrum peractum Ego Procurator redditæ optimæ administrationis fidelissimi quæstoris rationem, nec non curæ ac diligentiæ singularis quibus venerandæ nationis res a pluribus annis geris ac promovet felicitet, relatis spatium quindenæ concessum die primâ Julij Magistris Lermite et Le Rat deputatis non sufficiens fuisse itaque illos iterum rogandos ac de novo deputandos esse ut rem ad præclaræ artium facultatis tribunal pertinentem agere pergant et memorialia a se facilitata a patronis perficienda et aliis cum nationibus communicanda curent ut si a venerandæ et a cæteris nationibus comprobentur impensis communibus, typis demandari possint.

Morin.

Eadem die et in eisdem comitiis Magister
Fontaine fidelis. ven. nationis Quæstor
et Librarum sui Regia Navarra
professor celeberrimus Epistolam
protulit Magistri Dñi Benoist
Ven. Nationis Anglicanæ qua lecta
postulat ut venerandæ nationis
conclusione statuatur et constet
1°. illum in Domo sibi conducta omnia
quæ labefactata aut quæ labentia erant
refici ac restitui curasse summam 160 livres
120 Librarum diversis operariis juxta
singulas singulorum apocha, quas
fidelissimo Quæstori servandas tradidit
2°. Dimidiam illius summæ partem
nempe sexcentas et triginta Libras
Duci eum assibus juxta locationis
terminos ex Domus conductoe pretio
trium ultimorum annorum tripartitam
ab illo esse retinendam.
Eadem Epistolâ idem Dñus Benoist
postulat ut veneranda Natio duos autos
cancellos carioso et prorsus caducos
quam primum refici aut novos apponi
jubeat. his in deliberationem missis
auditoque æquissimo censore censuit
veneranda Natio postulata esse
concedenda et reverâ concessit
atque ita ame Procuratore conclusum
fuit

Morin

Eadem Die horâ pomeridiem 1ª
comitia vniversitatis Deputatorum
habita sunt apud amplissimum
Rectorem in Collegio Mazarineo
in quibus duo de septuaginta suffecti
pro Litterorum Nominationis jure Magisterij
artium et quinquennij, accessere
quorum votis annuit Tribunal
academicum quatuor tantummodo
exceptis in quorum Litteris testimonialibus
aliquid desiderari animadvertit meritissimus
Syndicus

Nosin

Die 14ª mensis Augusti in comitiis
præclarae artium facultatis apud
mathurinenses horâ 7ª matutinâ
de more habitis ad Eligendos octoviros
in Examinatores Licentiatorum in artibus
binos seilicet e singulis Nationibus,
postquam perorarit amplissimus
Rector, meritissimus Procancellarius
beatæ Mariæ designavit Magistrum
Jolly Baccalaureum primi ordinis et
socium sorbonicum pro veneranda
natione. Meritissimus vero Procancellarius
beatæ genovefæ designavit Magistrum
Bruneau baccalaureum quoque
theologum et virum procuratorium
pro eadem Natione quos Duos Ego
Procurator retuli a venerandâ
natione Electos et confirmatos fuisse

Nosin

Eadem die et in iisdem Comitiis duode
viginti supplices alia alii postulantes
tubae accessere quorum votis annuit Veneranda
conditione Natio ea tamen lege ut qui in posterum
apposita supplicaturi sunt nihil gratiae sini
ita ame conseuturi, nisi prius adeant aequissimum
Procuratore censorem Venerandum qui conqueritur
conclusum plures ex iis supplicantibus a se visos
est non fuisse et ideirco penitus se
Morin ignorare eorum postulationum causas. +
Eadem quoque die hora post meridiem
prima primae Vesperae beatae
mariae virginis assumptae solemni
ritu decantatae fuerunt

Morin

Die 14a mensis augusti, qui
dies fuit assumptionis beatae Mariae,
missa solemnis in sacello Harcuriano
hora decimâ celebrata fuit

Morin

Die 26a mensis augusti comitia
Deputatorum Universitatis in antecessum
habita sunt apud amplissimum Rectorem
in collegio mazarineo, in quibus
post multa ad rem academicam
pertinentia peracta meritissimus
Syndicus protulit libellum supplicem
a pluribus bursariis collegii montis
acuti conquerentibus suas bursas
injuste et immerito vacantes esse
declaratas, tum a Carthusia Parisiensis Prior
ereitarum bursarum collatore

tum a Discretis seu consiliariis urbis
dicti collegij. Hæc vitæ ratio
eo magis mira visa est tribunali
academico, quod hi Bursarij novem
numero, indicta causa fuerunt
damnati. Hic Libellus a tribunali
academico fuit acceptus.

Mosin Proc.

Die 2ª mensis Septembris sacrum
demore celebratum est in Sacrario

Mosin

Die 7ª ejusdem mensis vesperæ decantatæ
sunt in sacello Sacrariano hora post meridiem
prima ob festum Nativitatis beatæ Mariæ
virginis. Mosin

Die 8ª sacrum solemni ritu in eodem
sacello fuit celebratum idem ob festum

Mosin

Die Jovis 28ª ejusdem mensis Septembris
vesperis profecti sunt universitatis
Deputati Regem augustissimum Amplissimi
Rectoris voce salutaturi de illius felici
ex Flandria reditu nec non de felicibus
et victoriosis illius armis quibus
Bereizoma urbs munitissima et ut ita dicam
hucusque inexpugnabilis tandem cedit
ibique eorum universitatis deputatorum
habita sunt extra ordinem comitia in quibus
statutum fuit sequentes academicas prorogatum
iri ad diem octobris decimum hymnumque
Eucharisticum solemni ritu decantatum iri
die veneris superiore in æde Deo sacra sub
invocatione sti Germani altifriodorensis ad quam
vitæ est processura hac die tota academia a
supremo bonorum omnium Largitore efflagitatura
ut Regem nostrum Regum omnium optimum
tuori pergat. Mosin Rector.

Die Sabbato 7.ª mensis octobris sacrum
in Sacello Carcerario hora septima demum
fuit celebratum. Robin

Die martis 10.ª ejusd. mensis octobris habita
sunt in Carcerio quadrumviralia comitia
in quibus Magister Petrus Guenet baccalaureus
theol. in quadrumvirum pro Veneranda
Natione electus fuit et a me nominati
viri duo Seilleri Magister Romanus Leviel
physicæ Prof. celeberrimus in montes acuti Collegio
Pontifex in festum divi Romani et Magister
Caspar Litterarum Professor in Lexovæo
celeberrimus orator invitando Pontifici
in festum conceptionis B. M. Robin

Eadem die hora decima matutina habita
sunt apud Matturinenses comitia generalia
præclaræ artium facultatis in quibus
confirmatus fuit quadrumvir horis
matutinis in Carcerio electus, qui Venerandæ
nationis votis annuens Sacris Rectoris
amplissimo Rectori Magistro Cochet
prorogavit ita ut dignitate et authoritate
Rectoria iterum gaudeat. omnium
supplicantium postulatis annuit
præclara artium facultas. Robin

Die 22.ª ejusdem mensis octobris prima
vespera Divi Romani in Sacello Carcerario
solemni ritu decantatæ sunt, Pontifice
Magistro Romano Leviel qui votatus
a me Procuratore, Venerandæ Nationis
nomine Sacrum solemne die sequenti
et hora decima matutina in eodem
Sacello celebrare dignatus est. Robin

octob.
Die 27ª habita fuit apud Mathurinenses comitia
censoria in quibus a veneranda Natione nullo
reclamante in censorem electus fuit Magister
Joannes Tabarie Eloquentiæ Professor in lexovæo
celeberrimus, in quibusque veneranda Natio
consuit gratiam quam duo supplices uterque
postulantes nominis gentilitij reformationem,
consecuti fuere in Tribunali academico me vno
dicente et improbante alter scilicet in
Tribunali academico mensis junij, alter mensis
augusti sequentis, nullam et irritam habendam
fore id que a me Procuratore publicè declarari
jussit et ne id tale in posterum fieri eventurum
statuit eadem veneranda Natio, et mihi et meis
successoribus præcavendum esse non improbando
solum sed intercedendo et intercessionis continuò
actum postulando. Lis in deliberationem
missis auditoque censore æquissimo de lis
referente, ita fuit a me Procuratore
conclusum.

Mozin

Die Sabbathi 4ª mensis Novembris habita fuit ordinaria
venerandæ Nationis comitia in Sarcurio in quibus post
sacrum de more celebratum, censuit venerandus ordo, novos
Nominum Tributum catalogos conficiendos esse, atque
fidelissimi Quæstoris curâ typis demandandos. Nullus reclamavit
Itaque fuit ità a me Procuratore conclusum.

Mozin

Eadem die hora post meridiem prima habita fuit apud
Rectorem amplissimum in Mazarineo menstrua Deputatorum
Universitatis comitia in quibus auditis octo supplicibus
pro Litteris Nominationis juris Magisterij artium et quinquennij
auditoque meritissimo Syndico de illorum petitionibus referente
illis omnibus sua concessa fuerunt postulata Mozin

Die 21ª mensis Novembris præsent. B. Virginis sacrum celebratum
fuit, ut assolet, in Sarcuriano sacello, hora 7ª matutina Mozin

Die 24 ejusd; mensis Novemb. primæ vesperæ obfestum
Stæ Catharinæ in sacello Sarcuriano solemni ritu fierunt
Decantatoe hora post meridiem 1.a et postridie hora
decima in eodem sacello et eodem modo sacrum
celebratum fuit, Pontifice Magistro Ariel Capellano
venerandæ Nationis ordinario, qui a me Procuratore
monitus, sacrum quod singulis sabbathi diebus celebrare
desinerat hora septima in sacello Sarcuriano, se in
posterum tam pié quam accuratè celebraturum,
et ad venerandæ Nationis mentem sese semper
conformaturum. Mozin
Proc.

Die 2.a mensis mensis Decembris post sacrum de more
celebratum prima quaque sabbathi die, habita sunt ordinaria
venerandæ Nationis comitia in quibus postquam Ego Procur.
retuli Illustrissimum Supremi Senatus Parisiensis Principem
cui Libellum Supplicem obtuleramus die 28.a mensis proximè
elapsi, cum ornatissimo Honorando Nationis Procuratore
et ordinis quæ Nationis Honorandæ et venerandæ Deputatis,
de re ad annuam Professorum Emeritorum pensionem
pertinente nec non comitante meritissimo Syndico qui
nobis iisdem omnibus legi ac relegi Memoriale ab se
scriptum et excogitatum quod accuratissimum summaque
cum industria et arte elaboratum reperiimus ad, ita ut
nullas illi annotationes addendas esse judicaverimus. Nihil
nisi gratissimum Respondisse addidisse tantummodo id
negotij aliis cum Nationibus esse communicandum
quod factum esse non continuo declaravimus: Lapsoque
venerando ordini cum pauci ac perpauci sint Professores qui
non sint simul Baccalaurei aut potius cum omnes pene
professores assumi soleant ex ordine Baccalaureorum
convenire esse hanc Litem de qua agitur agi sumptibus et
impensis venerandæ Nationis. re in Deliberationem ame
Proc. missa placuit venerando ordini consurrexitque omnes
quod quidem adierant tum Professores tum Baccalaurei Litem
singulas inter Nationes ortam de tempore pensionis annuæ
Professorum Emeritorum agendam esse ac promovendam
sumptibus et impensis venerandæ Nationis; quod ita fuit
a me Procuratore Conclusum. Mozin
Proc.

Die Sabbathi 2.a mensis Decembris habita sunt ordinaria
Deputatorum Universitatis Comitia in Magarinoo
apud Amplissimum Rectorem, in quibus plures
Supplices pro Litteris Nominationis jure Magisterij
artium et quinquennij sua postulata fuerunt
consecuti, deinde de diversis actum est Negotiis
quorum nulla praeclaram artium facultatem
spectabant MOSIN

Die 5.a mensis Decembris prima Divi Nicolai
vespera solemni ritu decantata fuerunt in sacello
Sarcuriano, post quas Pontifex Divi Romani Scilicet
Magister Leriel Sijoe Professor in collegio montis acuti
celeberrimus et emeritus brevi, sed elegantissimâ oratione
rogatus fuit a Magistro Maupas Litterarum Professore
in Lexovaeo dignissimo, ut cervarium die Pontificis
munia obire pergeret. Itaque ob idem festum
die 6.a sacrum in eodem loco, eodemque apparatu
celebratum fuit. MOSIN

Die 7.a ejusdem mensis missa solemnis, ex fundatione
Universitatis de Spiritu Sancto solemniter fuit
celebrata apud ff. Praedicatores MOSIN

Eadem die hora post meridiem prima jejunia
vespera Conceptionis B. M. decantatae fuerunt
in Sarcurio; et postridie sacrum solemni ritu
celebratum a Magistro Leriel rogato ame
Procuratore die 22.a mensis octobris post decantatas
primas Divi Romani vesperas. MOSIN

Die 12.a mensis Decembris tota academia pistis
hora 8.a matutina apud Malzarinenses ubi post
Elegantissimam orationem habitam ab ampl.
Rectore illi pollicita est amplissimum comitatum
ritè processuro ad eadem Dio sacram sub
invocatione sto hoc anno apud clericos regulares
vulgò Theatinos, et unde vesperâ processit
academia ad hanc eadem Deo sacram, ubi
sacrum De Spiritu sto fuit solemni pompâ
celebratum MOSIN Proc.

Die 16ª eiusd. mensis Decembris horâ 7ª matutina post sacrum ex fundatione M. Magistri Joannis Roannæi in Jurisdictione celebratum habita sunt comitia quadrumviralia, in quibus pro munere quadrumviri Supplicavit M. Magister Lecart Licentiatus Theologus, cujus audita Supplicatione, auditoque æquissimo censore de la referente, unanimi et concordi voce in quadrumvirum electus fuit dictus M. Magister Lecart qui solitum apud me præstitit Sacramentum.

M. Morin Proc.

Eadem die hora 10ª habita sunt apud Malturinenses Comitia Rectoria in quibus venerandus ordo confirmavit suum quadrumvirum horis matutinis electum qui fasces Rectorios Ampl. Rectori M. Magistro Coeffet cum aliarum Nationum quadrumviris prorogavit. Idem venerandus ordo per me Proc. rata et gratissima habuit quæcumque gesta fuerant ab Ampl. Rectore in suo trimestri ultimo M. Magistratu eoque nomine ipsi decrevit Litteras commendatitias quam potuit honorificentissimas. Omnium supplic. postulatis annuit ne quidem excepto supplice medio supplice Alemensi cui eo libentius indulsit venerandus ordo, quod accesserat tam commendatus quam commendandus a Ill. Saluberrimæ Facultatis Decano, quique postulabat ut absque ullo studii tempore cooptaretur in Proceram artium facultatem Paris. ea tamen lege ut, antequam gradum M. Magisterii in nostra facultate consequeretur et in illa cooptaretur, prævia forret ac subiret Examina.

M. Morin

Die Sabbathi 13ª mensis Januarij habita sunt in Sacrario ordinaria Ven. Orationis Comitia, in quibus post sacrum peractum ascriptumque in Venerando Orationis gremium Magistrum Joannem Baptistam Gardin Da Henil constantiensem qui solitum præstitit Sacramentum Ego Procurator retuli fidelissimum Quæstorem Mag. Fontaine tunc morbo impeditum sæpe sæpius postulasse ut sibi Lucrei afferre munere honesto virum illum honestum qui Venerando Orationis Negotia tam diligenter quam studiosè peragit apud Hæredem Magistri Sauvage non illum in pios vocando solum sed operosam in illum intendendo Litem, quam non antè derelicturum illum esse, spes est non dubia quam persolverit quidquid Venerando ordini debetur ob fundationem dicti Magistri Sauvage? Re in deliberationem missa, auditoque æquissimo censore placuit dare Provineiam dicto Quæstori fidelissimo impendendæ, adhibendæque pecuniæ summæ arbitrus scilicet nummis aureis ad quadragintà argenteos. et ità fuit ame Procuratore conclusum?

Morin

Eadem die hora post meridiem prima habitum est in Magarinæo apud Ampl. Rectorem tribunal academicum cui cum non adesset Meritissimus Syndicus Magister Orerii in Prosyndicum electus fuit unanimi ac concordi voce abomnibus universitatis Deputatis Magister Amelin Sphiæ Professor in eodem Collegio celeberrimus cui dixi me existimare hanc electionem gratam non fore Venerando ordini, nisi, antequam meritissimi Syndicii vices gereret coram proclarà artium facultate præstaret Sacramentum, omnium qui supplices accessere prolatoris nominationis jure Magisterij actum et quinquennij postulatis annuit Tribunal academicum

Morin V. R. Proc

Die 28a mensis Januarij hora 10a missa quam quotannis in Regia Navarrâ celebrandam iuntituit an. 1674 Magister Cæsar Egasius Du Boulay, fuit solemni ritu celebrata ac decantata præsentibus Amplissimo Rectore, quatuor Nationum Procuratoribus ornatissimis et Scholis præclaræ artium Facultatis professoribus, Caroliqué Magni Panegyricam habuit orationem Magister Burgault Litterarum Professor in Mazarinæo celeberrimus. Mosin Proc.

Die ultima ejusd. mensis adfuimus cum Universitatis Deputatis hora 9a matutinâ in Collegio Mazarinæo apud Ampl. Rectorem, quocum continuò Regedi vicum processimus, cereos præcipuis Regi Magistratibus oblaturi.

Postridié idus primas Februarij iidem eodem ordine Marliacum fuimus profecti horâ 5a matut. ubi post breve sed regale jentaculum augustissimos Regem ac Reginam, serenissimos Delphinum ac Delphinam dissertissimè salutavit nomine Universitatis Rector amplissimus, eisque eodem nomine cereos obtulit. Mosin Proc.

Die 2a Februarij hora 10a sacrum solemne fuit in Sancto Marcuriano celebratum Pontificè Magistro Levriel, qui singulis Venerandi ordinis tribulibus cereos benedictos distribui curavit. Post sacrum habita fuit ut aiolet Ven. Nationis comitia in quibus, rationem quam potui accuratissimam reddidi eorum omnium quæ in offerendis tum Lutetiæ tum Marliaci cereis peracta fuerant. Mosin Proc.

Die 3a ejusdem mensis Missa solemnis pro defunctis fuit celebrata apud Fratres Prædicatores.

Mosin

Dieſa quâd; februarij menſis, hora 10a adfuimus cum amp. Rectore
& aliarum Nationum Procuratoribus, in ſacello Gazeuriano, ubi
ſacrum ſolemne ex fundatione Magistri Sauvage venerandi
ordinis dum vivens Decani de eoque ac de tribus aliis Nationibus
optimè meriti, fuit ſolemni pompâ celebratum. MOBIN Proc.

Die Veneris 23a menſis februarij horâ ipsa pomeridiem 5a habitatum
in aula Gazeuriana extra ordinem et ſedulâ per appariторum
miniſterium, a me Procuratore convocata, de Collegij montani
Burſariorum Negotio, Comitia in quibus, relatis a me quam potui
accuratiſſimè, tum meo, tum amplissimi Rectoris, nomine omnibus
ac ſingulis, quæ hactenus isto de Negotio peracta fuerant nec
omisso ſingulari amplissimi Rectoris in venerandum ordinem
ſtudio, cenſuit Natio veneranda ita requirente æquissimo cenſ.
1o grates amplissimo Rectori ame rejendendas ipſe amplissimas,
quod ipsam hujusce Negotij cognitionem defraudatam noluerit
quodque nihil inexcogitatum intentatum nihilque inſectum
reliqueris ut id negotij perficeretur tum Cartuſianorum
venerabilis Prioris tum Univerſitatis juribus. Eadem
Natio, juriumque academicorum ordinem acerrima ſedulitate
minus conſulta et obſcuam exiguam prorſus in hoc negotio
intelligentiam cenſuit iterum nominandos ipſe isto de
negotio Deputatos et continuò nominati fuere Magistri
Brenet et Le Rat utrique baccalaurei jurium
Peritiſſimos nobiscum conſultaturi. Re indeliberationem
miſſa, auditoque cenſore æquissimo, non modo non
reclamante ſed requirente ut ſupra, fuit ita ſententia
perſtitit Natio veneranda. et ita fuit ame
Procuratore Concluſum

MOBIN Procurator

Die Sabbati 2a menſis Martij habitatum ordinaria ven.
Nationis Comitia in Gazeurio hora 7a matutinâ, quibus
levi quidem morbo impeditus, ſed variis agitatus doloribus
adeſſe non potui; at quibus et quidem non ſolus adfuit
Magister Franciscus Brenet Exprocurator qui his Comitiis præſuit
eique Procuratoris vices ita gerenti una ex quinque
Capellaniis Gazeſianis in Univerſitate fundatis quam
ſuperioribus in Comitiis vacantem declaraveram vicesque
venerandi ordinis ad nominandum præſentandumque præfatæ
Capellaniæ Capellanum recurrere fuit conceſſa ut
patet concluſione ſequenti ame deſcripta ſed ab ipſo
miſſa allata ac facta.

N. S. V. Cl.

conclusio ſſt. Brenes. me proc. absente

Die Sabbati 2a mensis Martii hora septima matutina post sacrum in sacrariano sacello habita sunt in aulâ sacrariana ordinaria venerandæ nationis comitia quæ quamvis ordinaria, indicta præterea sunt de more per schedulam. iis autem comitiis absente infirmitatis causâ ornatissimo Procuratore, præfui ego exprocurator, et dixi, cum ita ægrotaret Procurator ornatissimus ut sine manifesto pretiosissimæ valetudinis suæ periculo, hodiernis istis comitiis præesse non potuisset rogatum ab eo fuisse sapientissimum Decanum ſſt. Durand, ut aut mihi aut alteri cuilibet suo loco Procuratoris vices agenti scriptam ab se quam nuperrimis in comitiis conclusionem auferat tuleratque venerandus ordo de Negotio Collegij montis acuti legendam traderet coram veneranda nationem ab ipsa, si visum fuerit, comprobandam. Lectam ame conclusionem, omnes quot quot aderant unanimi consensu venerandi tribules probavere jusque in commentariis, (si non jam scripta) fieri fieri mandarunt censuerunt.

addidi ego exprocurator tunc ac momento sapientissimo Decano, optare vehementer ornatissimum Procuratorem ut istis in comitiis eam ob rem præcipue indictis recurrentibus venerandæ nationis vicibus Capellanum nominaret et præsentaret pro Capellanâ Parochianâ vacante per obitum ſſt. Bertrandi Robine Doctoris Theologi, quam vacare nuperrimis quæ modo dixi in comitiis certiorem fecerat venerandam nationem Procurator ornatissimus. re igitur consentientibus omnibus tribulibus, in deliberationem missa, auditoque censore integerrimo exprocuratorem me ſſt. Franciscum Brenes Presbiterum bajocensem baccal. aureum Theologum nominavit ac præsentavit venerandæ nationi in præditæ Capellaniæ Parochianæ Capellanum atque ita a me conclusum est postquam gratis justissimas venerando ordini vegendi.

Statutum præterea est a venerandâ nationem sacrum pro requie animæ ſſt. Joan. Baptistæ Bantin unius e venerandis tribulibus fato functi die Sabbati præsentis mensis Martij nonâ celebratum iri.

Sign. Brenes Exprocur.

Eadem die 12. mensis Martij habita fuit hora post meridiem prima in Collegijs Mazarinæo apud amplissimum Rectorem ordinaria ac mensrua Deputatorum Vniversitatis comitia in quibus, audito supplice pro Litteris nominationis jure Magisterij artium a Quinquennij, ipsique postulatis concessis, censuit ac statuit Tribunal academicum 1.o consulendos esse de Collegij montani Bursariorum Negotio, nunc ad Supremam Curiam a V. Cartusianorum Priore devocato, quatuor Vniversitatis jurium Peritos coram ipso extra ordinem et ad hoc convocando quam primum apud Rmp. Rectorem 2.o conferendum esse, operâ ac Diligentia Meritissimi Syndici Memorialem Libellum qui, antequam cum præfatis jurium peritis communicetur, tradetur Examinandus ac ponderandus Vniversitatis Deputatis. Mozin Procurator.

Die 12.a mensis Martij habita fuit apud Mathurinenses hora 7.a matutina Deputatorum Vniversitatis comitia annua ad aperiendum de more antiquo rotulum in quibus postquam omnes censuerunt antiquum aperiendi rotuli morem servandum esse accessit Supplex Magister Franciscus Brenet baccal. theologus qui ab ordine venerando electus ac designatus in Capellanum Vnius è quinque Capellaniis Parochianis in Vniversitate fundatis postulavit 1.o ut in realem quantum fieri potest ejusdem Capellaniæ possessionem mitteretur 2.o ut ad Jacramentum quod procedit admitteretur, sua confirmata electione. Deinde memorialis Libellus a meritissimo Syndico confectus de Negotio Collegij montani Bursariorum Lectus fuit coram Tribunali academico, a quo summâ cum attentione ac cura ponderatus non satis accuratus inventus est quapropter censuerunt omnes illum mutandum de parè omnino reficiendum antequam Vniversitatis jurium peritis de hoc negotio consulendis tradatur. Mozin Ven. et Procurator.

Die Sabbathi 28ª ejusd. mensis martij hora 7ª matutinâ
Sacro ex fundatione Magistri Joannis Rohannæi peracto
habita fuit Procuratoria et quadrumviralia Comitia
in quibus, post cooptatum in vener. Nationis gremio
Supplicem pro Regentia et scholis titulo baccalaureatûs
in sacra Theologia nomine Mariæ Ludovici Le Coq ... Rot. gens
Ego Procurator retuli in mei abeuntis Locum Eligendum
esse Procuratorem ex Numero baccalaureorum
quorum vices ad id munus annuum recurrebant
neminemque videri digniorem qui hoc munere
defungeretur, Magistro Joan. Le Mercier bacc. Theologo,
viro censorio, et omnibus titulis commendando,
qui continuò pro isto munere supplicavit quique sua
ame in deliberationem missâ supplicatione ab omnibus
venerandis Tribulibus, in Procuratorem electus fuit,
quibus gratas quam potui maximas rependi, quique
rata ac grata habuere omnia quæcumque gesseram
per annuum meum Magistratum misique decreverunt
Litteras commendatitias. Deindè Supplex accessit pro Munere
quadrumviri Magister August. Guil. Joseph. Roze Litterarum
in Sorbonæ professo Professor celeberrimus qui pariter
fuit ab omnibus admissus et utrique Sacramentum
præstiterunt, et ita fui ame Procuratore conclusum.

Mobin

Acta & Decreta
venerandæ normannorum nationis —
Procuratore
Magistro Francisco Le Mercier presbitero
Diœcesis Sagiensis C. f. D. Baccalaureo.
à die 23ª mensis martii. 1748.

Die 23ª mensis martii anno 1748 hora 7ª matutina in comitiis procuratoriis et quadriennalibus in Katurrio domorè habitis omnium tribulium benevolo et unanimi suffragio Sascibus procuratoriis Donatus fuit sacramentum præstiti ven. Nat. in manus M. Domenici Morin Laprocuratoris et alberrimi Litterarum professoris in Cardinalitio quadrumvir electus est m. augustus Guil. Joseph. Rose celeb. professor Litterarum in Sorbonæ gloriosus.

Eadem die habita sunt hora decima comitia Rectoria apud matturinenses in quibus, postquam gratis Venerandæ nationi Stipendi quam potui maximas, ipsa natio Rata et grata habuit quæcumque gessit amp. Rector in Primestri ultimo magistratu, et Litteras commendatitias ei decrevit honorificentissimas, confirmavit quadriorum magistrum Rose matutinus horis celebrum et hyemalibus omnibus indultis.

Deinde unanimiter confirmavit fasces Rectorios magistro Joan. cochet. a quatuorviris provocatos. Et cum omnibus sta Conclusit. Le Mercier Procurator

Die 26ª hora septima matutina oblatum est missæ sacrificium pro requie animæ magistri Francisci perchel Doctoris cujus nomen non leguntur in posterioribus Ven. Nat. Catalogis.

Die Sabbathi 30. Ejusdem mensis martii habita sunt in Mazarineo apud Ampl. Rectorem et de jus mandato Extraordinaria deputatorum universitatis comitia, in quibus Litteris nominationis titulo magisterii artium et quinquennii Supplicibus electis ad hoc comitia vocati sunt quatuor advocati illustres, sus m. m. D. Hericourt Gillet, Delaverdy, et Regnard (quorum primus abfuit febre laborans) ut coram tribunali Collegii mentis acuti curiosos, et quo modo universitas regenere debeat re ab eis accurate considerata Sententiam dicerent. Super Litteris inter R. priorem carthusianorum et universitatem dicerent, maximi illo momenti pro universitate rem in supremo Senatu defendere, et sui tribunalis compotentiam in presenti negotio sustinere; et sa eo nihil nisi bonum eventurum omnes asseverarunt. Ad hæc Consultationi fuerunt presentes M.M. Le Rat, Brenet et Morin Laproc. omnes aven. ordine deputati. iis, et advocatis Receptis. ampl. Rector petivit, ut de hac re deputati universitatis Sententiam dicerent, omnes tum Sapientissimi decani tum procuratores ornatissimi se mentis Consultationis Legis positorum assentire dixerunt, sic sta Conclusit ampl. Rector. Ita Testor Le Mercier Procurator

Die 6ª aprilis hora sexta matutina sacris demore peractis habita sunt comitia in sacello Katurriano, in quibus a Ven. Nat. deputati retulerunt quemodo eis R. priorem carthus. inter et Curiarios coll. mentis acuti, ab advocatis coram tribunali, cui assistunt senatus et Licentes discepta fuerat.

Eadem die hora prima habita sunt ordinaria deputatorum universitatis comitia apud ampl. Rectorem in Mazarineo in quibus Supplex accessit magister Joannes Martinus Le Vacher pro Litteris nominationis titulo magisterii in artibus et quinquennii, quo vi, audito merito Suffragio, comitia dimissa sunt. Le Mercier Procurator

Die martis 23ª aprilis sinodus academica demore celebrata est hora septima apud matturinenses in Loco majorum.

Die 4ª maii hora sexta habita sunt in sacello Katurriano comitia, in quibus mgr. Nicolaus Thomas Hamel, Suffectus in Locum m. Ludovici Fontaine, in quinto ordine alberrimi, dum viveret, professoris in Regia navarria, Supplicavit pro Regentia et scholis titulo magisterii in artibus et Litteris præsentationis Guild. collegii Gymnasiarcha æquissimo censore audito omnes dictum m. Hamel nominaverunt et admiserunt, et sic ame Conclusum est Sacramentum in manibus meis, ut mos est præstiti. Le Mercier Procurator

In iisdem comitiis in Decanis ius Le Rat Rogatus est munere quæstorio fungi loco m. Fontaine fato funesti prima die hujus mensis maii, donec tempore constituto quæstor a V. nat. Eligatur, quod officiose probavit.

Eod. die 4 maii apud amp. Rectorem ordinaria deputatorum habita et comitia statum atque Mer. Sindicus m. Le Mercier dixit. m. Fontaine, Et michaelis et Hieronymis collegiorum sequestrem fato functum, m. Nicolaus Durand celeberrimus philosophiæ professorem emeritus et universitatis quæstor generalis, surrexit et dixit se libenter gratis et sine spe lucri hoc onus susceptorum si deputatis ita visum fuerit. Et ab amp. Rec. in deliberationem posita, omnes annuerunt cujus proposi Sioni gratulo, et maxime Laudaverunt talem privato utilitatis huic propositioni gratulo, et maxime Laudaverunt talem privato utilitatis oblivionem in m. Durand, in cujus gratiam Conclusit amp. Rector. Ita Testor.

Die Luna sexta maii. Sacrum, pro Requie m. Ludovici Fontaine professoris de Ven. natione in multis optime meriti, et maxime in quæstoria munere quod per novem annos et decem mensibus fidelissime gessit, celebratum est.

Die martis octava ascensionis 28ª maii, post missam de fundatione m. Le Sauvage in comitiis Ven. Nat. Supplicavit pro regentia et scholis m. Jacobus Laurentius Hebert constantiensis, titulo magisterii in artibus et in sacra facultate Baccalaureatus, qui unanimi constantiensis admissus est. Et sta Conclusit.

Die Sabbathi 1ª Junii, in vigilia pentecostes, habita sunt ordinaria deputatorum universitatis apud amp. Rectorem in Mazarineo Comitia, in quibus quinque Supplicibus Litteræ nominationis Concessa sunt. in iisdem comitiis receptus est Petrus Boutaut qui Libros nomine universitatis compingat. in Locum dicti Chevreau qui voluntarie in manus Amplissimi Rectoris eadem die abdicaverat propria motu.

Ita Testor. Le Mercier
procurator V.N.

Die Jovis Junii 6ª 1748 hora post meridiem prima deputati universitatis per schedulas simul cum adjunctis, apud amp. Rectorem in Mazarinæo convocati, anni 1747 rationes m. Durand questoris academici audiverunt & probaverunt unanimiter. quibus, pro Ven. natione subscripsi. Ita Tesdor.
In iisdem comitiis post lectum adjunctorum, a deputatis statutum est memoriale quoddam ab universitate parisiensi factum adversus aggregationes seminariorum universitatibus et specialiter Burdigalensi, typis mandari. Sumptibus universitatis parisiensis.
Die Sabbathi 8ª Junii post sacrum habita sunt in harcurio comitia ordinaria in quibus Joannes carolus Lhermite constantiensis baccalaureus theologus libenter ab omnibus in gremium Ven. nationis admissus est.
Deinde cum Venerandis tribulibus retulissem de memoriali libello adversus aggregatos seminariorum, et specialiter diœcesis parisiensis universitati Burdigalensi, typis mandando, quæsivi, num Veneranda natio propriis impensis singulis Ven. tribulibus distribui censeret; id quod universitas deprecanti ære careat, qui Responderunt, centum exemplaria esse retinenda, a fidelissimo huc questore solvenda, habita ratione status universitatis in actuali penuria degentis. Ita ego procurator. Concluſi. Lemercier

Die mercurii 19. Junii, comitia universitatis generalia apud mathurinenses in quibus amp. Rector cum deputatis, in angulo, quatuor supplicibus pro litteris nominationis postulata concellerunt. Tres Librarii et unus Librorum compactor sacramentum præstiterunt. Deinde post elegantem amp. Rectoris orationem processit universitas supplicatura ad eadem dei sacram Salvationem invocationem S. Bernardi apud fullienses in vico S. honorati.
Die sabbathi 22. Junii mensis post sacrum in col. Justiniano pro piis manibus m. Joan. Roannæi celebratum habita et quadruvirialia Ven. nat. comitia in quibus electus est, postquam supplicavit, dignissimus censore, quadruvir. m. Robertus franciscus Amael clar. Bimus [illegible] et Ven. nat. actualis capellanus qui sacramentum præstitit. et hora 10ª apud mathurinenses confirmatus, fuit Rectorius m. Joannis Cochet celebris phil. prof. in Mazarinæo provocavit, quod Ven. natio maxime probavit, et novem supplicibus indulsit.
In iisdem comitiis in Justiniano hora sexta habitis, Tullii Ven. nat. Depositi in manibus m. Dion. Le Rat Junii. col. gimnasiarchæ, Librum questuræ cum tabulario, et Decem Locationis domorum tum nova tam antiqua, quæ vidit. ab hæredibus m. Lud. fontaine questoris demortui cum apocha cum eis Concluſi. Lemercier instrumenta

Die 28. Junii post sacrum in harcurio celebratum hora sexta matutina, demore habita sunt Ven. nat. comitia questoria. in quibus unanimi suffragio electus est Questor M. Dionisius Le Rat Bacal. Theol. et coll. Justin. Gimnasiarcha Vigilantissimus. Tamen lege ut, pro more solito, satisdet. Deinde in Caput Electores questuræ providentis, ab orn. proc. designati sunt. m. m. Fr. Guil. Lhermite Socius harcur. et Domin. Morin, Exprocurator, Socius Laxovius, ambo professores, et m. m. pet. Guinet et Joan. Fr. Le Tumel, ambo clarissi. Baccalaurei.
Quod autem spectat ad Baccalaureandorum examinatores, cum octo Electores designari postulantes, orn. procurator, nolens de aliquo male meveri, sponte, jure, usu inveterato sibi devoluto, despoliavit et Ven. nat. nominationem permisit, et electi sunt m. m. Joan. Fr. Bridaut et Nic. Thomas Hamel ambo, in Regia navarræa professores celeberrimi; et MM. Nic. petrus David Roth. et Joan. Bapt. Gardin Dumesnil, ambo Bacc. clarissimi, qui tres ultimi sacramentum præstiterunt et ita de omnibus capitibus cum Venes. tribulibus. Ego procurator conclusi.
Die 6ª Julii post missam de B.V. oblatum est incruentum Redemptionis sacrificium pro piis manibus m. Ludovici Mustel, nuper felo functi.
Eadem die hora post meridiem secunda habita sunt mensua tribunalis academici comitia in Mazarinæo. in quibus electi sunt Viri academici in Judices conservationum litterariarum ob præmia, ab universitate. distribuenda ex fundatione. M. Legendre.

Ego Ven. Nationis Exprocurator ornatissimi Procuratoris morbo simplicitèr vices gerens ex officio adfui die Lunæ 12ª. mensis augusti horâ post meridiem 4ª cum Universitatis Deputatis viis majoribus et latioribus Sorbonæ scholis, ubi post orationem tam sertam quam prolixam a Magistro Le Bel in Mazarinæo Rhetorum altero habitam, præmia academica, Supremi Senatûs præsentis decreto instituta ex posthuma Liberalitate D. Ludovici Le Gendre fuerunt solemni admodum ritu ac pompâ distributa. Morin V. ex. Exprocurator.

Die 14ª ejusdem mensis augusti, quæ habita esset apud mathurinenses horâ quintâ septimâ matutinâ comitia octoviralia habita sunt horâ sextâ octavâ negligentiâ Magistri Lepeyre qui obsuam maximè vituperandam cunctationem ab amplissimo Rectore molliter atque puerilitèr objurgatus,

illi tam procaciter respondit ut suae procacitatis
et injuriae tum Rectoriae Dignitati tum praelaraе
artium facultati totique universitati ab ejus illatae
singulis nationum conclusionibus poenas solverit et
ab ejusdem non mediocriter culpatus abierit in his comitiis
binis a singulis nationibus viri ad tentandos baccalaureorum
in artibus vires primas a meritissimis Procancellariis
designati, electi ac nominati fuerunt nempe a Veneranda
natione Magister Le Roux Licentiatus theologus apud
beatam Mariam et Magister Le Jumel primi ordinis
baccalaurei apud beatam Genovefam et sua omnes
supplicantes postulata sunt consecuti.

Error irrepsit qui ut corrigatur pone Magistrum Le Jumel apud beatam Mariam et Magistrum Le Roux apud Beat. Genovefam

Mosin

Eadem die hora post meridiem prima — Laproc.
solemniter decantatae fuerunt in sacello Sarcurdano vesperae
ob festum assumptionis beatae Mariae Mosin.
Die sequenti hora 10a matutina sacrum fuit solemni ritu
in eodem sacello celebratum Mosin Laper.
Die 31a habitae sunt in Mazarineo deputatorum universitatis
in antecessum comitia, in quibus relectis a fidelissimo
scribâ conclusionibus tribunalis academiei praecedentis
juxta ordinem exillis electus ac nominatus fuit a tribunali
architectus nomine Lobereau, qui necnon murum, absente
Mage Nicol. Durand Quaestore generali murum in domo cujus
in quibusvis est Dnus Guilleaumont reficiendum inspiceret et quonam
reficeretur modo diligenter designaret quid factum fuit paucis
interpositis diebus juxta illius architecti Laper. primi designationem.
Primo sabbathi die mensis Septemb. — Mosin V. N. Laproc.
habitae sunt apud Sarcurium ordinariae ven. nationis comitia
in quibus post sacrum peractum postulavit Magister
Le Rat in locum Magistri Fontaine fato functi, suffectus
ut sibi denovo potestas tribueretur peragendi atque absolvendi
quidquid superesset de fundatione Magistri Le Sauvage
quod ab omnibus suffragantibus fuit illi concessum.
Ita me concludente Mosin V. N. Laprocurator.
Die sabbathi 5a mensis octob. hora 7a matutina habita sunt apud Sarcurium
sacro peracto V. nationis comitia quae licet ordinaria fuerant tamen extra
ordinem schedulâ et per ministerium apparitoris ab ornatissimo Procuratore
indicta atque convocata ob electionem novi apparitoris in quibus ego
Laprocurator retuli cum primus apparitor Franciscus Vies fato functus
fuisset alterum eligendum esse? re in deliberationem a me missâ
auditoque de la referente censore aequissimo placuit venerando
ordini nominare atque eligere in primum apparitorem Josephum
Mahaut Du Vagan tunc secundum qui naturaliter succedere debebat
et in illius locum nempe in secundum apparitorem Alexandrum
Deglos Lexoviensem virum moribus ac sua probitate maxime
conspicuum Litteris quae testimonialibus minime dubiis, in minimeque
suspectis munitissimum qui sacramentum inter manus meas
praestitit. Ea lege tamen ut Alexander Deglos praedem haberet quam
primum Rathisbonae et alterque apparitor operibus

quibuscumque scriptibus munerum plane remittat
Linguamque sibi peritiorem edicat. Quod ita fuit
ame Exprocuratore Conclusum. Mozin ℔ VI. Sap.
Eadem Die hora post meridiem prima habita fuit
apud ampl. Rectorem in Mazarineo Deputatorum
Universitatis Comitia in quibus auditis supplicibus pro
Litteris nominationis jure Magisterij aetatum et quinquenni
auditoque de iis referente meritissimo Syndico, sua
postulata fuerunt concessa concessumque fuit
chartaceum Privilegium universitatis morte Caroli Francisci
Gerard ultimi professoris Vacans, Antonio Dominico
Agathæ et Horis filio meo, qui sacramentum praestitit
Die Lunæ sequenti apud Mazarinenses in manibus amplissimi
Rectoris, coram Tribunali academico cum Alexandro
Delgloz in secundum Apparitorem Ven. Nationis
Die Sabbathi praecedenti Electo. Mozin ℔ Exprocr

Die 7a mensis octobris hora octava matutina tota
academia adfui apud Mazarinenses vidé ad aedem
Sacram sub invocatione Sti Josephi apud Carmelitas
discalceatos supplicatura processit. Mozin
Die jovis decima mensis octobris hora 7a habita fuit
apud Sacrarium quadrumviralia Comitia in quibus
Sacro de Spiritu Sancto ex fundatione magistri Joannis
Rohannæi, peractis duo supplicarunt pro munere
quadrumvirii nempe Magister et Ecolens Celeberrimus
Litterarum Professor in Sacrario et Magister Brenet
Baccalaureus Theologus ambo Viri procuratorii sed
Magister et Ecolens Longe viribus suffragiorum numero
Electus fuit in quadrumvirum qui praestito sacramento
confirmatus fuit adveneranda relatione apud Mazarinenses
Eadem die hora 10a in Comitiis Rectoriis in quibus
in Rectorem Electus fuit summo cum calculo sensu Magister
Paulus Amelin Philosophiæ Professor in Mazarineo
celeberrimus et omnibus ad Rectoriam dignitatem
necessariis praeditus qui crastina die hora 7a confirmatus
fuit a Deputatis Universitatis apud Mazarinenses
sedulâ Rectoria convocatis. Mozin ℔ Exprr. V. M.
Die 12a mensis oct. Sacrum fuit in Sacello
Sacrariano celebratum pro animæ solatio
Francisci Elier primi dum viveret Venerandi
ordinis, Apparitoris. Mozin ℔ Exprocr.

Die 22ª mensis octobris
Prima vespera Divi Romani decantatae fuerunt
Solemni ac solito ritu in sacello Lareuriano postquam
Magister Gardin Duffenel Pontifex ame rogatus, nomine
venerandi ordinis, promisit se crastino officio parituros
praefuturum.
Die 23 in eodem sacello sacrum divi Romani fuit celebratum
ab eodem Pontifice qui ame iterum rogatus Laudes
Divi Romani tam diserte quam pie prosecutus est.

Morin Exproc.

Die 26 mensis octobris Jovâ 7ª matutina habita fuit apud
malfurinensem comitia censoria, in quibus post disertissimam
ab ampl. Rectore habitam orationem munia censorum
accurate complectentem oratio veneranda fuit in locum
solitum sacri censorem electura ubi Ego Exprocurator
retuli censorem eligendam ipse et exemplo duo baccalaurei
dignissimi quorum vices recurrebant, qui prius et privatim
audieram munus censorium postulantes nempe Magister Joannes
Robertus dela Rue jurium peritus et Magister Brenet
Presbyter et vir Procuratorius utrique dignitati censoriae
sustinendae haud impares, imo Legum academicarum
observantissimi sed tam arcto necessitudinis vinculo inter se
conjuncti obsequioque tam mutuo atque sincero pugnantes,
ut alter et altera vice alterum potiorem dicerent ac censorem
salutarent, itaque audito de tali electione referente censore
aequissimo qui omni exparte plurimum laboravit liberam
omnino reliquit orationem venerandam, sic profitetur
venerandus ordo unanimi ac concordi voce in censorem
elegit Magistrum Robertum dela Rue tam fortiter
reluctantem suaque in sententia tam praefracte perseverantem,
ut censor vir factus censorium munus abdicaverit et
continuo non absque summo doloris sensu veneranda
oratio in illius locum censorem elegit unanimiterque quoque
Magistrum Lareuricum Brenet qui solitum inter
amplissimi Rectoris manus sacramentum praestitit
postquam tamen auditus iterum fuerit censor
aequissimus, atque ita fuerit a me Exprocuratore
conclusum.

Morin Exproc.

Die sabbathi 2ª mensis novembris habita fuit in Mazarineo
apud ampl. Rectorem Deputatorum universitatis comitia
ordinaria in quibus vivicus supplex pro litteris nominationis
accepit qui sua postulata ex consentiente in quibusque procu-
fidelissima Patronorum et Patronis et nos a Tribunali
academico deputati fuimus Domum faciendam inspecturi
cum strenuo syndico et fidelissimo academiae quaestore,
quam Luinae proximam reperiemus.

Morin Exproc.

Die Sabbathi 9a mensis Novembris Habita fuit
apud Sacrarium ordinaria Venerandæ Relationis
Comitia, per Sacrum peractum in quibus
relectâ ab æquissimo Censore Conclusione lata
Die 20a mensis octobris de Electione Censoris
Venerandi quæ ab omnibus recognita a nullo
fuit improbata Magister Regius Quæstor
fidelissimus ad Venerando ordine cuius de vocatus
Provinciam suscepit illum virum qui
vadem se dedit pro Alexandro Deglor
secundo apparitore non admittendi nisi
cum illo vadem se dederit ipsius vxor ut
nulla civica bona quæ profert, et quæ
procal dubio sunt inter vtrumque communia
remaneat difficultas. item de primo
apparitore. ita censui Venerandus ordo,
non obstante æquissimo Censore quapropter
ita fuit a me Exprocuratore Conclusum.

Rosin

Die 21a mensis novembris Hora 7a matutina sacro de
Præsentatione B. Mariæ peracto, Habita sunt
Venerandæ Relationis Comitia in quibus instrumenta
ad Cautionem quâ Alexander Deglor secundus apparitor
indigebat eo magis sufficientia sunt reperta
quod illius viri qui se vadem dedit vxor
vadem quoque se se dederit juxta actum publicum
et authenticum cui vtrique subscripserunt
quem in Tabulario deponendum censuit Venerandus
ordo operâ et curis Magistri Regii Quæstoris
fidelissimi cui provincia pariter data fuit Eorum
omnium quæ primo apparitori commissa atque
credita sunt accuratam faciendi descriptionem
nec non duas dicti Tabularij claves Amissas aut
saltem ignoratas fabricari curandi. Sic in deliberatum
ac me missis auditoque de iis referente æquissimo
Censore fuit data a me Exprocuratore Conclusum.

Rosin Exprocr

Die 24ª ejusd. mensis novembris hora post 16.
meridiem prima, prima Vespera Divæ Catharinæ
in Sacello Farcuriano decantatæ fuerunt. J.C.
Die 25ª ejusd. mensis hora 10ª in eodem Sacello
Sacrum solemni admodum ritu fuit celebratum.
J. Cosin

Die 1ª Sabbati mensis Decembris habita fuit
in loco solito ordinaria Venerandæ Nationis
Comitia. J. Cosin Exprocr.

Die 5ª ejusd. mensis hora post meridiem primâ prima
Divi Nicolai Vespera fuerunt in Sacello Farcuriano
decantatæ. J.C.

Die 6ª ejusdem mensis horâ 10ª Sacrum Divi Nicolai
fuit in eodem Sacello celebratum Pontificiè Magistro
Leviel qui ad hanc Venerandæ Nationis nomine legatus
Pontificii munus in festum Conceptionis beatæ Virginis
Libentissimè suscepit. J. Cosin

Die Sabbati 7ª mensis Decembris horâ 10ª
Sacrum solemne de Spiritu Sancto apud P.P.
Prædicatores vice S. Jacobæ fuit solitô ritu
celebratum, præsente amplissimo Rectore cum
quatuor Procuratoribus, totaque præclara artium
facultate. J. Cosin

Eadem die horâ post meridiem primâ habita fuit
apud amplissimum Rectorem in collegio Mazarineæ
Deputatorum Universitatis Comitia, in quibus
nihil actum est quod ad facultatem præclaram artium
facultatem. J. Cosin

Die octavâ hujus diei erat Dominica horâ post meridiem
primâ decantatæ fuerunt primæ Conceptionis beatæ
Virginis Vesperæ. J.C.

Die Lunæ 9ª ejusd. mensis Decembris horâ 10ª Sacrum
Conceptionis B. Virginis fuit solemni ad modum pompâ
celebratum. J. Cosin

Eadem die hora post meridiem tertia secundæ ejusdem
festi Vesperæ decantatæ fuerunt. J. Cosin Exprocr.

Die 13ª mensis Decembris cota Universitas ad fuit hora 8ª
matutinâ apud Mazarinenses unde ad ædem Deo sacram sub
invocatione beatæ Virginis in collegio Farcuriano Processit ubi
Sacrum solemni admodum atque harmonico ritu decantantibus
innumeris hujusce collegii convictoribus musicis, pertadiosis fuit
celebratum. Ubique Elegantissima de Religionis veritate ac
necessitate habita est Concio a Sapientissimo Magistro Bonnet
Doctore Navarrico, nec non Venerandæ Nationis Tribuli.

J. Cosin Exprocurator.

Die Lunæ 15ª mensis Decembris habita sunt apud justitiarium
horâ 7ª matutina quadrumviralia comitia in quibus sacro
peracto exfundatione Magistri Joannis de Rouin venerandi
ordinis dum viveret Decani in quadrumvirum venerandum
electus est unanimi suffragantium voce Magister Jacobus
Jacquard licentiatus Theologus qui, audito de hac electione
referente Censore æquissimo, solitum præstito sacramento,
et ita fuit ame Exposc. Concluſum

Eadem die horâ decimâ habita fuit apud Mathurinenses
comitia rectoria et quidem frequentissima, in quibus Rector amp.
Magister Paulus Zamelin expositis oratione disertissima omnibus
ac singulis atque suis curis, quibus potuit indefessis laboris fuerat
peracta in suo trimestri Magistratu postulavit 1º ut ea rata
et grata haberentur, ipsique Litteræ commendatitiæ decernerentur.
2º ut quadrumviri horis matutinis electi a suâ quisque tribu
confirmarentur. 3º ut de supplicibus alia aliis postulantibus
de quibus referem auditus fuerat meritissimus Syndicus
deliberaretur, simulque de domo ab universitate emendâ
et posita in via Jacobæa et inhærente domui universitatis,
illique parietibus ut probatur ac demonstratur libello a
meritissimo Syndico elaborato singulisque tribunis pondrando,
discutiendo quemque attente admodum inspicerunt duo a
venerando ordine deputati nempe Magister Hermite
Litterarum in Lexovio Professor celeberrimus et Magister
Brenet ut censor, qui duo religiosissimè nobiscum quoque
pondrarunt generosam maternamque universitatis
liberalitatem in fidelissimum ordinem retulit
præterea amplissimus Rector Magistrum Coffin Collegij
Dormans-Bellovaci primarium vigilantissimum scientiarum
peritissimum atque amantissimum præmium academicum
instituere velle ut illud ad ea addatur quæ in secundo
ordine ex posthuma fundatione Magistri Le Gendre soleat
distribui dandi, assignandique in perpetuum
quinquaginta libri. His omnibus tum propositis,
tum postulatis deliberationi venerandi ordinis a me
subjectis, auditoque de iis singulis referente censore
æquissimo, annuere non dubitavit ordo venerandus
qui censuit primo emendam fore quamprimum dictatæ
domum et prætio in libello indicato atque posito.
quod quæ et quæsitum est in commodum et utilitatem
fidelissimi ordinis referentibus deputatis arrisit
omnibus tribulibus venerandis. Deinde orationem
elegantissimam quam habuit Rector amplissimus ultimarum
supplicationum comitiis suis in commentariis inscribendam
atque referendam curæque postulavit venerandus ordo,

qui denique grates reponit amplissimas Magistro ..... JJ.
Daniel suo Capellano ordinario in aliam facultatem
propediem convolaturo et in illius locum Capellanus
unanimi voce electus fuit Magister ... Gardin
Duffesnil Baccalaureus Theologus. Ea semper lege
ut singulis sabbathi diebus sacrum celebret in collegio
Sorburiano ministrante apparitorum altero; et ita fuit
ame Exprocuratore Conclusum. Main

Die Sabbathi 4a mensis Januarij solita et insolito
loco habita sunt venerandæ Nationis Comitia
Eadem Die horâ post meridiem primâ habita sunt
apud amplissimum Rectorem in collegio Mazarineo
ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia
quibus adfuit ipse Procurator ornatissimus
qui quid quid in eis actum fuerit ipse quoque
subscripturus est. in his comitiis Theobus tantum suppliciuit
Litteras nominationis postulantibus, postulata concessa. Et visis a meritissimo Judice
attestationibus et cæteris instrumentis.
Sata est a Tribunali sententia qua magister Carolus Du Pillon Licentiatus Theologus
et collegii Cholletæi Burgarius confirmatus est procurator ejusdem domus, contra
Electionem pluralitate suffragiorum factam a Burgariis magistri Dionisii Le
febure alias Burgarii, conditiones requisitas per Judicium summi Senatus non habentis
Statutum est ut dedomo Dnr Desgranges via Sanjacobea transigeretur pro summa
septemdecim millium et quingentas Libras. Demerieres procurator
Die 20a amplissimus Rector, ornat. procuratores cum nationum Decanis apud
mathurinenses congregati sunt de Lite inter m m. Georges philosophiæ professorem
in cardinalitio, et Surgault alias professorem philosophiæ in Prælinæo
de Examine baccalaureandorum in artibus honor. nat. inter se certantes,
Judicaturi auditis partium mediis et conclusionibus, iis egressis, ad Judicium
tribunal congratum, ornatissimi procuratores in duas opiniones abierunt. Seu
ampl. Rector in favorem m. georges sententiam pronunciavit. ista testor. Demerieres
Die 23a ampl. Rector, sap. Decani, ornat. procuratores, merit. Judicus scriba et quator
universitatis chirographum apposuerunt partium. Domus Dnr Des granges supradictæ
via Sanjacobea sitæ. Ista testor Demerieres procurator
Die 28. ejusd mensis Januarii apud Regiam navarræam solemne sacrum celebratum ex
de fundatione clar. virii m. Cæsaris Pegalli du Boulay, præsentibus ampl. Rectore ornat.
procuratoribus et præclara facultatis artium professoribus. Vices meas gessit M. Morin.

nihil deest

Die veneris ultimâ mensis Januarij apud amplis. Rectorem in collegio Magarrico cum universitatis Deputatis, adfuimus ibique Amplis. Rectori, cereum venerandi ordinis nomine offerendo, verba feci, quam potui honorificentissima. Deindè Magistrat. cereos delatos demore sumus prosecti.

JOSIN

Ordinaria venerandæ nationis comitia quæ habere non potuerunt die sabbathi prima mensis februarij ob Deputatorum universitatis eâ ipsa die versatas prosectionem cereorumque oblationem cui adfuimus, habita sunt die sequenti hora 10ª matutinâ, in quibus sacro peracto, relatisque ame Exprocuratore iis omnibus quæ versatis acta fuerant in cereis offerendis dixi omnia mihi videri necessaria, quod venerandæ nationis Deliberationi subjiceretur, quodque minimè negligerunt nationes honorandæ et fidelissimæ quæ authenticis quidem conclusionibus jam dudum statuerunt, nulli in posterum ex iis qui sub clientelâ et tutamine universitatis docere postulabunt, aperiendi Pedagogij facultatem concedendam esse, quin prius coram tribunali academico declarationem emiserint, quam omnes et singuli qui in gremium præclaræ artium facultatis cooptari postulant emittere tenentur suo quisque coram suo Procuratore atque natione, declarando sincerè se adhærere Decreto præclaræ artium facultatis quo appellatio a constitutione unigenitus — ad futurum et generale concilium revocata fuit et quo eadem constitutio fuit acceptata.

Ve itaque in deliberationem ame missa, auditoque de ea referente censore æquissimo, ac nihil movante, placuit venerando ordini prosatarum nationum conclusionibus adhærere censuitque cum illis nullum absque illâ appositâ conditione admittendum esse Pedagogum. et ita fuit a me Exproc. Conclusum.

JOSIN

Isi iisdem comitiis eadem natio rogavit suum Quæstorem fidelissimum ut quæ labentia reperta sunt in cryptis Domûs viæ vulgo Gallandæ quam primùm ab ordinarijs operarijs vesci curaret, atque adeat Dnum Joubert illum enixè supplicaturus ut facultatem det venerando ordini, solvendi illam quæ illi debetur, residuam pecuniæ summam, dis tributim ullo absque damno, ullisque usuris.

JOSIN Exproc.

Die 3ª mensis februarij hora 10ª apud PP. Prædicatores
sacrum cui præclara artium facultas adesse assolet fuit
solemni admodum rita celebratum. JCOSIN

Die 10ª ejusd. mensis, sacrum ex fundatione Magistri
Sauvage Venerandi ordinis dum viveret Decani de coque
optimi meriti fuit decantatum. JCOSIN

Die 21 ejusdem mensis Versalias cum Universitatis omnibus Deputatis
Profecti sumus ubi ad Regem augustissimum oratorem habuit de
Pacis redita Elegantissimam omnibusque acceptissimam,
Rector Amplissimus. JCOSIN Exper.

Die Jovis 27 mensis ejusdem publicam orationem jussu ac
nomine Universitatis habuit Magister Le Beau in
majoribus et exterioribus Sorbonæ scholis, cui adfuit
Supremus Senatus. JCOSIN exper.

Die Sabbathi prima mensis Martij hora 7ª matutinâ habita sunt apud
Sarcurium ordinaria Venerandæ Nationis Comitia, in quibus Ego
Exprocurator absente Procuratore ornatissimo memorialem ad
Regem fidelissimæ Picardorum Nationis Libellum, mihi ab ornatissimo
Procuratore eodem semper morbo laborante nuperrimis diebus traditum
venerandi ordinis Deliberationi lo libentius subjeci, quod res Picardiæ
ita sese malè habeat, ut absque materno Universitatis auxilio
atque adjumento mutuoque aliarum Nationum consensu, diu
consistere non possint quòdque ratio, æquitas, imò Natura ipsa
postulare videantur ut filia afflicta atque prostrata a Matre
optimâ sustentetur, a sorore sublevetur. Itaque re in
Deliberationem ame missâ lectisque ac sedulo perpensis, tum
prædicto Libello tum authentico Senatûs consulto, huic annexo, quo
cautum est ne filiabus suis laborantibus Universitas opem
suam deneget auditoque de propositis Censore æquissimo nihilque
morante quominùs portulatis indulgeatur Censuit ordo Vener.
accipiendæ esse Duo Libellarum millia Quæstori academico
quot annis, idem singulis quatuor anni partibus, usque ad
totius summæ Pecuniæ mutuatæ sui capitum 61600ª Libel.
solutionem sublatis omnibus, tum præteritis, tum futuris
usuris. Hanc conditionem a fidelissimo ordine, Universitati
propositam, lucrulentam videri minimeque respuendam
nullamque Liberationis mutuæ meliorem rationem Rationemque
viam tum ab Universitate tum a fidelissimo ordine
tentari posse. et ita fuit ame Exprocuratore Conclusum

JCOSIN Exprocurator.

Die martis quartâ mensis martij die habita fuit
+ die sabbathi proxime 1a apud Malzurinensis Deputatorum Universitatis
ejusd. mensis in tribunali ordinaria ad aperiendum de More antiquo rotulum
Julien baccalaureum theologum, Bidelle baccalaureum
theologum; a me nominatos approbavit ven. natio. / Rose

Die 1ª mensis julii, horâ post meridiem quartâ, quæstorias
rationes excepimus Ego ven. nationis procurator, Censor in legerv.
m. Lebrumel, m. L'hermite decanus, Cætrique ad eas
expungendas deputati: quibus visis, quæstoris diligentiam,
fidelitatem ejusque in rebus gerendis sagacitatem laudavimus
multùm et probavimus. / Rose

Die 2ª julii, visitationis B. virginis festo, sacrum de more; die autem
Sabbati 3ª julii, sacrum, uti fieri solet, celebratum est. / Rose

Ead. die 3ª hujus mensis, Comitia ordin. deputatorum universi-
tatis apud amplitt. rectorem. his in Comitiis supplicibus
pro litterris nominationis indulsit tribunal academicum. placuit
etiam errorem, qui in descriptione m. Doullin architecti
palat, emendari. / Rose

Die Sabbati 4ª mentis augusti, horâ sextâ matutinâ, post sacrum demorè celebratum habita fuit comitia, in quibus placuit 1º literas supplices, omnibus omnino votis, in gremium ven. ordinis admitti, scilicet Julium, rectorem M. Demotteville clericum et canonicum Rothomagensem, virum non minùs pietate et doctrinâ, quàm parentum titulis et insignibus nobilem, Ludovicum, Anton. Levacher presbyterum Ebroic. Andream, Nic. Semilliard de Sovilliers acolythum Rothom.; verùm quia M. Demotteville supplicavit pro regentiâ et scholis jure cantûm magisterii artium, ut satis motivo est, cum quis ambit societatem Sorbonicam, suffragio, donec litteras baccalaureatûs attulerit, non gaudebit. 2º placuit etiam libellum supplicem judicibus iterùm præsentari, ut lis inter ven. ordinem et haredem M. de Defonteinesorta, quàm primùm conficiatur; 3º postulata D. Lobreau de Sourville archiatri requisiti, publicè enim valentibus et consitentibus ipsissimus MM. pluquet et procurator et L'hermite prodecano, nullam huic ullâ in re ven. Matis provisionem demandavit. /. Rose

Eadem die, horâ post meridiem primâ, habita fuit apud amplissimum rectorem in collegio Sorbonæ plenissimo de pluribus universitatis comitia ordin. in quibus placuit 1º septem et quinquaginta supplicibus pro litteris nominationis postulata concedi; 2º litteras pedagogii sub clientelâ universitatis M. Damiens ambian. dari; 3º præmium ex liberalitate D. Joan. Baptistæ Coignard duplex in annum proximum quàm primùm publicè annunciari. /. Rose

Die 12ª mensis aug. horâ post meridiem quartâ, habitum est in ædibus Sorbonicis tribunal academicum, cinque licentia aperiendi pædagogii in vico de maisons M. de Grumeau clerico parisino concessa est. Deinde post habitam a viro clarissimo M. Levoi eloquentiæ professore in collegio Cardinalitio, elegantissimam orationem, facta est, præsente supremo senatu, præmiorum distributio. /. Rose

die 14ª ejusdem mensis apud naturienses habita sunt
præclaræ artium facultatis ordin. Comitia. 1º designatos
ab utroque Cancellario ad tentandas candidatorum probe secundo
examine vires elegit et nominavit ven. natio; 2º omnibus
supplicibus annuit; 3º placuit ne in posterum, sivé dignissi-
mi prolancellarii, sivé meritissimi Cancellarii, in Comitiis præ-
claræ artium facultatis appellentur. /. Rose

Eod. die prima vespera, postridiè verò, die Assumptionis, B.V.
Mariæ missa demore. /. Rose

Die Sabbati 28ª mensis aug. habitum est in antecessum
apud amplitt. rectorem tribunal academicum. 1º duo-bus
supplicibus pro litterio nominationis indulsit; 2º stamma in
aulâ domûs S.tæ Barbaræ apponi placuit. /. Rose

Die Sabbati 4ª mensis septembris, horâ tertiâ matutinâ,
post sacrum demore celebratum, habita sunt ven. ordinis
Comitia ordin; in quibus sermonem habui de lite ortâ inter
ven. nationem et D. Lobreau de Fourville architectum.
placuit iterùm postulationis D.i Lobreau nullam habendam
esse rationem. /. Rose

Die 7ª ejusdem mensis, prima Nativitatis vespera,
postridiè hora 10ª missa de more celebrata est. /. Rose

Die Sabbathi 2ª mensis octobris, horâ 7ª matutinâ
in harcuriano post sacrum Comitia, in quibus placuit
unanimi voce, cunctis suffragiis postulationem
D. Lobreau de Fourville repudiari. /. Rose

Eadem die, horâ post meridiem primâ, apud
amplissimum rectorem in plenas deputatorum
universitatis Comitia ordin. in quibus nihil
actum dictumve, quod ad nos spectat. /. Rose

Duodecimâ die ejusd. mentis processit universitas ~
amplissimo atque honorificentissimo Comitatu ~
ad eidem deo sacram sub invocatione S.ti Ludovici ~
in regiâ invalidorum domo. Stabant in aulâ ~
tum exteriore, tum interiore, longo ordine, sed ~
a dextris tantùm, armati milites; aderant ante ~
Ecclesiam in gradibus præfectus ipse hujusce domûs
ducesque militum; intrà verò clerus; atque ità,
tympanis, tibiis aliisque instrumentis resonantibus,
ingressa est in regiam invalidorum domum ~
primogenita regum filia parit universitas S. ~
missa ab illustrissimo D. archiepiscopo Debaumont
celebrata. Post missam, Te Deum, qui hymnus
Eucharisticus a centum viris in arte musicâ peritissimis, omnibus plaudentibus, cantatus fuit. Deinde
eodem honore, quo ingressa erat, eodemque Comitatu ~
rectorem usque ad ultimam domûs portam Comitantibus tum præfecto, tum ducibus militum, egressa
est universitas, rediitque ad Maturinenses. Ibi
tum quatuor et vigenti altribus, quadragenta verò
Oben. Matio, singulis sportulam distribuit. Rolle

Eadem die, seu potiùs die 14ª ejusd. mentis, in haurtiano ~
post missam Comitia demore. in his quadrumvir Electus est ~
M. Rolland in Collegio dormano Cellovaco celeberrimus
philosophiæ professor. I. Rolle

Eadem die, horâ 10ª apud maturinenses Comitia ordin.
omnibus suppliciis postulata Concessit præclara ~
artium facultas; tum fasces rectoris viro
clarissimo M. Guerin ~ a quatuor viris promul-
gatos confirmavit. I. Rolle

Die 22ª ejusd. mensis de more post vesperas Ill. Romani pontificem rogavi, ut postri diè pergeret; die verò 23ª, horâ attentâ post missam, pontificii viro clarissimo M. Hebert in laxo vaco celeberr. litterarum professori gratias quam maximas egi, eumque rogavi, ut laudes nostræ ven. Nationis patronæ illustrissimo debitas exolveret, quo sancto munere, proximâ sacrum diâ, hâque et omnium, quotquot aderant, pietate, perfunctus est. I. Rose

Die 27ª mensis octobris, horâ 7ª matutinâ, habita fuit apud Maturinenses Comitia Censoria, in quibus suum in Censorem elegit Ven. Natio virum clarissimum M. Gardin Dumesnil in regiâ Navarræ celeberrimum litterarum professorem. Sacramentum, ut moris est, præstitit. Admittit in suum gremium virum clarissimum Petrum aug. Godard de Belbeuf. rot; eâ tamen lege, ut suffragio privatus maneat, donec baccalaureæ alias litteras attulerit. 3º ut habita ab amplissimo rectore oratio elegantissima in Commentarios universitatis referretur atque inscriberetur postulavit, atque ita, idem honor. et constantissimâ postulantibus conclusit rector. I. Rose

Die sabbati, 6ª novembris, horâ 7ª matutinâ, in Barbarianis sacrum de more celebratum est; die verò 21ª, festo præsentationis B. M. V. missa, quia dies dominica. I. Rose

Die 24ª ejusd. mensis, horâ primâ, in festum S. Catharinæ vesperæ; postri diè verò, horâ decimâ matutinâ sacrum de more celebratum est. Dein Comitia, in quibus, audito primùm integerrimo Censore M. Gardin Dumesnil, placuit 1º hæredibus M. Desfontaines tempus ob summam inopiam ad solvendum dari; 2º parlerum aliquam de debito extrahi et remitti; de cæteris tamen vesiis tuto sit, solvantque debitores tempore statuendo. 3º eos d. quos ci rcd. Le Breuil, deputatos nominavit Ven. Natio, qui veris Consiliis, operâque d. de Lorey champs procuratoris quàm primùm conficiant. I. Rose

Die vener. 29ª mensis octobris, horâ 11ª matutinâ in Collegio Harcuriano habita fuit Ven. Nationis Comitia extraordinaria per schedulam convocata, in quibus placuit nullam habendam esse rationem postulationis architecti D. Lobreau de Jourville, quam postulationem omninò rejicit ac repudiat Ven. Natio.

Enimverò declarat Ven. Natio, quod verum jam accidit, ÿ ª aug. 4ª septemb. 2ª octobris 1751, nullo contradicente, cinò omnibus omninò idem fatentibus confitentibus que, scilicet se, neque descriptiones, neque opera, de quibus nunc agitur, nequidem ipsum architectum Lobreau nosse, nedum hæc aut alia commiserit vel mandaverit. Quæ, rebus ità manifestis, ubi hoc in negotio nomen Ven. Nationis interpositum fuerit, hoc insu meritò positum, et absque ullâ auctoritate scriptum fortiter declarat atque improbat.

Atque ità deputatos unà cum procuratore appellavit et nominavit M. M. L'hermitte, prodecanum, Gardin Dumesnil Censorem, quæstorem Leral, Guillard de Brevnet vivos procuratorios, quibus universam atque integram potestatem tribuit, ità ut nomine et sumptibus Ven. Nationis omnia hæc in re fiant et conficiantur; et ità a me procuratore conclusum est, cui conclusioni nos subscripsimus. / Rose

Die Sabbati 4ª decembris, sacrum celebratum est, item die 6ª, festo S^ti Nicolai cuncta demore. / Rose

Die 7ª ejusd. mensis i. vesperæ, postridiè vero, festo S. virginis sine labe conceptæ sacrum demore celebratum est. / Rose

Die Lunæ de crastino tertio mensis decemb. processit universitas ad eadem sacra subin vocatione S^ta Genovefa adverat Ven. abbasi; cætera demore. / Rose

Die 14 ejusd. mensis, in jus Stitiano, ubi quadrum vir Electus est M. Hebert; deindè horâ decimâ apud maturinenses Comitia ordin. in quibus omnes nationes fasces vexatorios viro clarissimo M. Guerin æquatos virgis provocatos confirmaverunt. / Rose

Die Sabbati 8.ª mensis 9januarii 1752 in harcuriano sacrum de more; ad. die, horâ dictâ, apud amplissimum rectorem in plena Comitia ordin. /. Rose

Die 3.ª ejusd. mensis paribus, postridie vero Bertalis cereos, uti fieri solet, obtulit universitas: de quibus die 2.ª februarii veteli in Comitiis, quæ post sacrum de more habita sunt, placuit etiam viros clarissimos M. M. Abelin vigilantissimum Collegii harcuriani provisorem, et sapientissimum coadjutorem Louvel ad diem natalem regis aug.; qui dies ex votis M. Delawager in Sorb. ordine celebratus, vocari /. Rose

Die Sabbati 5.ª februarii, horâ postmeridiem primâ, habita sunt apud amplissimum rectorem in Sorbonæ plena deputatorum universitatis Comitia ordin; in quibus, lectâ censurâ F. facultatis latâ in thesim in Sorbonâ propugnatam die 18.ª novemb. 1751, a M. 9joanne martino Deprades, presbytero montalbanensi, ejusd. facultatis baccalaureo, lectoque cum notis Censoriis D. archiepiscopi paris. mandato, postquam per singulos omnes loto corde detestati sunt, placuit 1.º nullas a fidelissimo scribâ nominationis litteras 9joanni martino Deprades in posterum dari; 2.º in commentariis ad marginem, ubi nomen Deprades legitur, talem a tribunali latam fuisse sententiam annotari; 3.º ne litteræ nominationis, quas modò obtinuit Deprades, ipsi prodirent, placuit patronos, de quibus agitur in litteris, quasi præmun. de hâc sententiâ certiores fieri, ut omnibus compertum sit, omnesque audiant litteras nominationis tali viro ab universitate amplius non dari, obtentas quæ improbari. /. Rose

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

Die Sabbati 12ª ejusd. mensis, horâ post meridiem secundâ, rector amplissimus cum ceteris deputatis unâ profectus est ad lustrandum Collegium Mignon, vulgo degrandmont acta hâc in re et decreta tribunalis academici, si quid opus erit, singula enim narrare haud breve, apud fidelissimos scribam videre licet /. Rose

Die 15ª qui Natalis est regis aug. sacrum in Collegio harcuriano solemni ritu de more celebratum est. adierant rector ampliss. quatuor procuratores ornatissimi. syndicus et prosciba fidelissimus. Eò ordine, quo venerant, omnes in Collegium Sorbonæ plesseum regressi sunt /. Rose

Die Ven. 18ª ejusdem mensis, horâ 9ª matutinâ è Collegio Sorbonæ plessæo profecti sunt rector ampl. et deputati cum adjunctis, serenissimam principem fato functam, aquâ lustrali vitè aspersuri. Vir clarissimus D. Dabrezà Cerimoniarum magister excepit nos, duxit et reduxit /. Rose

Die Sabbati 4ª mensis martii, horâ septimâ matutinâ, sacrum in harcuriano: horâ verò post meridiem primâ, comitia deputatorum ordinaria apud amplissimum rectorem in Sorbonæ plessæo, in quibus nihil ad nos /. Rose

Die 21ª hujus mensis, horâ undecimâ matutinâ, magnum vitium magistrum regia mandata deferentem, ut exequiis augustæ principis nuper fato functæ præsens adhiberet universitas, in ædibus Sorbonæ plesseis, solito more excepimus /. Rose

Die 24ª ejusdem mentis, horâ octavâ matutinâ, collegiorum bonæ plebis prefecti sunt rector ampliss. et deputatores universitatis, quisque cum adjuncto, ad justa funebria, qua regis justissimi augustissimæ principi persoluta sunt in Ecclesiâ regalis abbatiæ sti Dionisii. Rolle

Die 27ª mentis martii, horâ septimâ matutinâ post sacrum in hac urbe more celebratum, comitia per mandatum ampl. rectoris in hanc diem translata, habuit Veneranda Natio, in quibus, postquam gratias egit, audito integerrimo censore, M. Lehumel vir censorius, omnibus curis, omnibus doctrinâ, ingenio moribusque optimis probatissimus, unanimi voce, cunctis suffragiis procurator electus est, ac sacramentum præstitit. Ego vero quadrumvir. abhinc die suffragio gaudet vir clarissimus M. hector Dermotteville, ità electus procurator Rolle

Acta et secreta

Venerandæ Normannorum

nationis Procuratore Magistro

Joanne Francisco Le Fevre

Presbitero Lexoviensi

Licenciato Theologo à die

Vigesimâ Septimâ mensis

Martii

1752.

Die 27ª martii anni 1752 comitiis, quæ in hanc diem mandato rectorio à 24ª ejusdem mensis translata fuerant, post sacrum habitis horâ 7ª in harcuriano, omnium tribulium suffragio fascibus procuratoriis donatus sum magister Rose celeberrimus grammaticæ professor in Sorbonæ-plasseo, qui anno præcedenti non sine decore procuratorium munus gesserat, in quadrumvirum electus est.

Le Jumel.

Eâdem die horâ 10ª communi plausu excepta habita est oratio ab amplissimo rectore magistro Guerin celeberrimo eloquentiæ professore in Sorbonæ-plasseo, ejus fuit ponderis ut in commentariis universitatis inscribi venerandus ordo postulaverit, in eâ totus erat amplissimus rector in tenendis partibus religionis adversùs thesim Deismo faventem propugnatam in scholis Sorbonicis à Joanne Martino de prades presbitero montalbanensi die 18ª novembris anni proximè elapsi. memoris animi specimina quàm potui maxima brevi oratione dedi venerando ordini. vatis et gratis habitis quæcunque gesserat amplissimus rector in suo trimestri magistratu litterisque commendatitiis ipsi concessis, simul confirmato in quadrumvirum magistro Rose matutinis horis electo, damnavit veneranda natio pro suo jure prædictam thesim, ejusque authorem ex albo præclaræ artium facultatis expungi voluit et omnibus juribus privilegiis ac prærogativis ad hunc gradum pertinentibus privari. Supplicibus variis varia postulantibus indulgendum censuit exceptis duobus immunitatem ab onere scribendi postulantibus, altero qui non morbi testimonium medici parisiensis afferebat, altero qui rationibus nullius ponderis utebatur. et ita est à me conclusum.

Le Jumel.

Die Sabbati 1ª aprilis horâ post meridiem 2ª tributalis academici comitia apud amplissimum rectorem habita sunt in quibus duo supplices pro litteris nominationis accesserunt quibus postulata concessa sunt.

Le Jumel.

Die Sabbati 8ª aprilis post sacrum solitum in sacello harcuriano duplex sacrum indixi in diem 15am ejusdem mensis pro refrigerio animarum magistri Collibeaux et Magistri Couture demortuorum.

Le Jumel.

Die 11ª aprilis horâ 7ª matutinâ habita est synodus academica in quâ qui adfuerunt beneficiarii laudati sunt, absentes ob legitimam causam excusati, cæteri verò qui absentiæ causam legitimam patefacere neglexerunt pœnis academicis mulctati. quatuor se steterunt supplices pro litteris nominationis quibus postulata concessimus. Le Jumel

Die 15ª aprilis duo sacra in sacello harcuriano celebrata sunt pro refrigerio animarum magistri collibeaux et magistri couture tribulium demortuorum.

Le Jumel.

Die Sabbati 6ª mensis maii post sacrum de more horâ sextâ matutinâ in sacello harcuriano, alterum celebratum est à pontifice lexoviensi pro festo Sti joannis in hanc diem incidente eâdem die horâ 1ª pomeridianâ habitum est tribunal academicum. in quo nihil actum est quod notari postulet Le Jumel.

Die maii 9ª celebratâ horâ 10ª in festo Sti nicolai missâ, habita sunt venerandi ordinis comitia in quibus subsignatum est instrumentum quo iterum locatur dominis benoist et caillard domus sita in viâ vulgò du foüare.

emolumenta censoria 50ff

emolumenta quæstoria 100ff

annua merces 11ff apparitoris 42ff

emolumenta muneris censorii quæ erant tantum quinque librarum aucta sunt quadraginta quinque libris, emolumenta verò muneris quæstorii quæ erant duodecim librarum aucta sunt octoginta octo libris. et conclusi. in iisdem comitiis annua merces primi apparitoris quæ erat triginta et sex librarum duplicata est et sic est à me conclusum

Le Jumel.

Le Jumel.

Die Sabbati junii tertiâ matutinis horis solitum celebratum est sacrum. Serotinis horis habitum est tribunal academicum in quo se stiterunt tres supplices pro litteris nominationis quibus postulata sunt concessa. Le Gumel./.

Die 23ª junii post sacrum in collegio Justiniano à vigilantissimo hujus collegii moderatore celebratum, magister Le Mercier vir procuratorius in utroque jure baccalaureus quadrumvir electus est, solitumque sacramentum præstitit. Le Gumel./.

Eâdem die horâ decima comitia ordinaria apud mathurinenses habita sunt, in quibus, ratis et gratis habitis quæcunque gesserat amplissimus rector in suo trimestri magistratu, confirmato quadrumviro matutinis horis electo, rectorii fasces amplissimo rectori unanimi consensu prorogati sunt. Supplicibus variis varia postulantibus indultum est. Le Gumel./.

Die 26ª junii tribunal academicum extra ordinem habitum est in quo deliberandum venit circa propositiones factas à viro illustrissimo Daguesseau de locatione domûs vulgò l'hôtel de l'université, quæ quidem deputatis non placuerunt Le Gumel./.

Die 28ª post sacrum horâ et in loco solitis celebratum, à me octo viri appellati sunt quatuor ad expungendas rationes fidelissimi quæstoris scilicet M. Cheron humanitatum in collegio harcuriano professor, M. Le mercier in utroque jure baccalaureus vir procuratorius, M. Louvel humanitatum in collegio grassinæo professor, et magister de Bocquemare baccalaureus theologus. quatuor autem ad tentandas vires baccalaureandorum in artibus, scilicet MM. le couturier, Louvel, hullot, et Guesdon omnes baccalaurei in theologiâ munus quæstorium M. le rat collegii Justiniani primario prorogatum est. Le Gumel./.

Die 1ª julii sacrum solitum celebratum est horâ sextâ matutinâ in sacello harcuriano. vespertinis horis habitum est tribunal academicum in collegio Sorbonæ-plesseo ubi se stiterunt plures supplices pro litteris nominationis quibus postulata concessa sunt Le Gumel./.

Die 2ª julii sacrum de visitatione beatæ Mariæ virginis de more celebratum est. Le Gumel./.

Die 5ª julii fidelissimi quæstoris rationes excepimus ego ven. ordinis procurator, censor integerrimus M. Gardin, M. L'hermite sapientissimus decanus cæteriique tribules ad id deputati, quibus visis et expensis sedulò, nihil repertum est quod non fidelissimi quæstoris œconomiam studium que in ven. ordinis commoda testaretur. Le Gumel./.

Die 22ª julii habitum est extra ordinem tribunal academicum in quo de rebus ad solemnem præmiorum distributionem pertinentibus actum est. Le Gumel./.

Die 3ª augusti facta est in scholis sorbonicis solemnis præmiorum distributio post habitam à clarissimo viro Magistro Le Beau celeberrimo eloquentiæ professore in collegio grassinæo oratorem minimè à tanti viri famâ degenerem. frequentes aderant omnium ordinum viri inter quos eminebant senatores. ipse senatûs princeps primi victoris capiti coronam imposuit. Le Gumel./.

Die 5ª augusti post sacrum solitum unoquoque primo mensis sabbatho, de rationibus quæstoriis egi notumque tribulibus feci nobis mille quadringentas et aliquot libellas superesse. Le Gumel./.

Eâdem die horis vespertinis coram tribunali academico se stiterunt quinquaginta et unus supplices pro litteris nominationis, quibus postulata concessa sunt. actum est de restauratione domûs vulgò dictæ l'hôtel de l'université. Le Gumel./.

Die 14ª augusti octoviralia apud mathurinenses habita sunt comitia in quibus designati ab utroque cancellario bini è singulis nationibus ad tentandas vires licentiandorum in artibus a singulis nationibus confirmati sunt. apud nos apud beatam Mariam Magister vray litterarum professor in cardinalitio electus est, apud beatam genovefam verò Magister L'hermite in utroque jure baccalaureus. Le Gumel./.

Eâdem die vesperæ in pervigilio assumptionis B. M. virginis in sacello harcuriano cantatæ sunt et postridiè missa solemnis eodem in loco celebrata est horâ decimâ matutinâ. Le Gumel./.

Die 26ª augusti in antecessum habita est synodus academica in quâ unus supplex pro litteris nominationis accessit cui postulatum concessum est. actum est etiam de supplicationibus extraordinariis pro gratiis deo agendis de restauratâ serenissimo delphino valetudine Le Gumel./.

Die 4ª 4bris apud amplissimum rectorem excepta et probata sunt fidelissimi academiæ quæstoris rationes quibus pro venerandâ natione cum deputatis subscripsi. Le Gumel./.

Eâdem die horâ et in loco solitis primæ vesperæ recurrente nativitatis B. M. festo, postridiè verò missa celebrata sunt. hanc diem mandato publicè affixo indixeram ut gratiæ deo omnipotenti ob restitutam serenissimo Delphino valetudinem agerentur. ideò solemni ritu cantatus est post missam hymnus eucharisticus te deum. Le Gumel./.

Die sabbathi 7ª 8bris horâ 7ª post missam unoquoque 1º mensis sabbathio solitam, habita sunt venerandi ordinis comitia, in quibus veneranda natio fidelissimo suo quæstori magistro le Rat fecit potestatem remittendi plenè et integrè gressiones et intercessiones ab eodem, nomine venerandæ nationis, factas, manus inter conductorum, inquilinorum, omniumque erga hæreditatem magistri fontaine dictæ nationis olim quæstoris obligatorum, simulque actis ad id necessariis subsignandi. et ita est à me conclusum Le Gumel./.

prædicta conclusio gallicè reddita in litteras publicas relata est in gratiam hæredum. illa manûs-missio eâ lege concessa est ut prædicti Fontaine — hæredes mense martio proximo exsolverent fidelissimo quæstori sexcentarum librarum Summam quâ se chirographo erga venerandum ordinem obligaverunt, jam hodie solutis sexcentis libellis. voluerunt venerandi tribules ut nulla haberetur ratio ducentarum circiter et quadraginta librarum quæ supererant solvendæ. eas siquidem ob collata in nos à Magistro Fontaine beneficia ejus hæredibus dono dant. et ita est a me conclusum.

Le Gurmel /.

eâdem die horâ pomeridianâ tribunal academicum habitum est in collegio Mazarinæo quò denigraverat amplissimus rector. tres se stiterunt supplices pro litteris nominationis quibus postulata concessa sunt. renovatæ sunt nomine viri illustrissimi domini Daguesseau. propositiones circà locationem domûs vulgò l'hotel de l'université, quæ non sine repugnantiâ acceptæ sunt eâ lege ut pactionis libello subsignantibus nobis septuagies mille librarum ac præterea post ejus mortem quinquies mille librarum summa solveretur, eâ etiam lege ut impensæ in resarciendâ domo quadragies mille librarum aut ad summum quadragies et bis mille librarum non excederent summam: cujus legis se sponsorem præbuit M. le nevreu meritissimus syndicus. ut autem appareat quibus rationibus innixi huic pactioni annuimus hic describo computationem ab academicis notario factam quâ contendit hanc pactionem multi nostrâ interesse. Le Gurmel /.

L'université en faisant à son hotel les reparations necessaires pour — pouvoir le loüer et qui montront a plus de 40000 ll peut esperer de le louer par an 7000 ll ce loyer pendant 20 ans produira ------ 140000 ll

Sur quoy elle doit deduire

pour le 20e pendant ces 20 années a 420 ll par an	8400 ll
L'entretien des couvertures a 100 ll par an	2000 ll
reparations annuelles evaluées au plus bas a 300 ll par an	6000 ll
Le prix principal qu'elle empruntera pour faire les reparations ...	40000 ll
Les arrerages pendant 20 ans De cet emprunt a 2000 ll par an.	40000 ll
total a deduire	96400 ll

43600 ll

au moyen de quoy l'université n'aura tiré de net Du loyer de son hotel pendant 20 ans que 43600 ll les reparations faites

Resultat de ce que l'université retire de net de son hotel en faisant le bail à vie de Mr Daguesseau et faisant le calcul pendant 20 années. Mr Daguesseau paye comptant 70000 ll dont 40000 ll seront employées à payer les reparations partant reste seulement 30000 ll dont le principal appartient à l'université cy ..... 30000 ll

cette Somme produira a l'université 1500 ll par an ce qui fait pour 20 ans ..... 30000 ll

elle recevra aprés le decés de Mr Daguesseau ..... 15000 ll

total De ce que l'université retirera de son hôtel pendant 20 années Les reparations payées ..... 75000 ll

par le calcul cy dessus elle ne retire que ----- 43600 ll

partant elle a dans cette affaire un benefice réel de ---------- 31400 ll

notandum post hanc conventionem supervenisse necessitatem multa resarciendi tabulata quorum nulla erat mentio in refectionum descriptione. ac proinde nova sumptuum materies, utinam non crescat magis ac magis. Le Gurmel /.

Die 12ª 8.bris ritè processimus ad eadem deo sacrum sub invocatione Sti Ludovici in collegio Mazarineo ubi præter solita supplicationum argumenta gratias egimus deo opt. max; pro restitutâ serenissimo Delphino valetudine. Le Jumel.

Die 14ª 8.bris post sacrum in sacello harcuriano, habita sunt venerandæ nationis comitia in quibus verba feci de locatione domûs vulgò l'hotel de l'université, conditiones antea vetuleram, in quadrumvirum electus est M. Basset licentiatus theologus celeberrimus philosophiæ professor in collegio harcuriano et ita est à me conclusum. Le Jumel.

eâdem die horâ decimâ apud mathurinenses confirmato in quadrumvirum M. Basset, supplicum postulatis concessis, non sine disceptatione prorogati sunt fasces rectorii magistro Guerrin celeberrimo eloquentiæ professori in collegio Mazarineo; licet enim ejus biennio electio mensem octobrem non transcurrisset. Le Jumel.

magistratui tres menses decessent, votis tamen academiæ satisfactum fuisset si rectoris

Die 21ª 8.bris in antecessum festi Sti Romani vesperæ. rogavi pontificem ritè inventum sacrificium postridie offerret, quod peractum est. Le Jumel.

Die 27ª 8.bris comitia habita sunt in quibus munere censorio, annuentibus imò plaudentibus omnibus donatus est M. Guillard licentiatus theologus, vir procuratorius et collegii thesaurarii gymnasiarcha. et conclusi. Le Jumel.

Die Sabbathi 4ª 9.bris missa horâ et in loco solitis. vespertinis horis tribunal academicum in collegio Mazarineo habitum est in quo tres supplices pro litteris nominationis se stiterunt his postulata concessa sunt. alter se stetit supplex M. Billet ludi magister postulans ut sub clientelâ academiæ reciperetur, quod ipsi non concessum est nisi eâ lege ut discipulos in collegium pleni, ut vocant, exercitii docendos mitteret. deputati nominati sunt qui de ejus moribus doctrinâ &c. inquirerent. præterea ad tribunal accessit M. Daireaux doctor theologus è regiâ societate primarius collegii, grassinæi, deputatis notum facturus, se virtute septennii in possessionem beneficii ecclesiastici in diœcesi Ruthenensi venisse, concurrente M. Meranès de Lascazelle graduato simplice, qui ut fraudem necteret M. Daireaux ad provocationem, ut vocant, ab abusu confugerat, ea mente ut illa provocatio simul et res ipsa ageretur coram judicibus tolosanis, qui, nidum septanariis faverant, ne quidem eorum privilegia in acta publica retulerunt. sensit tribunal academicum quanti res illa universitatis parisiensis interesset ideoque non dubitavit hanc causam jam suam habere, et ut præcipuas partes hac in re, nomine universitatis, ageret, conclusit libellum supplicem senatoribus hujus urbis esse porrigendum, quo postularetur ut inviolata servari placeret privilegia septenariorum sicque res a tribunali tolosano ad parisiense devocaretur. libellus ille supplex suum sortitus est effectum. unde necessum est ut judices competentes a consilio regio designentur. nec dubium quin judices parisienses ut potè universitatis privilegiorum tutores tolosanis antetponantur. Le Jumel.

Die 21ª ejusdem mensis horâ vâ sacrum, recurrente festo B.M. virginis celebratum est in sacello harcuriano. Le Jumel.

Die 24ª 9.bris vesperæ in honorem Stæ catharinæ postero verò die missa celebratæ sunt. Le Jumel.

Die 27ª ejusdem mensis tribunal academicum, extra ordinem ad quod vocati fuerunt solum modò quatuor nationum procuratores deliberaturi utrum instigante veredariorum præfecto facultas artium. intercederet ne à consilio regio novum ordinem circa vecturas publicas meditante, hæ decernerentur in annuis reditibus quibus fruitur ob concessum regi jus sumum in dictas vecturas et litteras cursuales. conclusum est ab amplissimo rectore et duobus deputatis adeundum esse Dominum de Villeneuve eâ de re coram consilio regio relaturum ut ei commoda academiæ commendaventur. Le Jumel.

Die Sabbathi 2ª 10.bris, missa unoquoque mense solitas. quâ celebratâ, à me mentio facta est de eo quod actum erat in præcedenti tribunali. Le Jumel.

eâdem die horâ 1ª pomeridianâ tribunal academicum in collegio mazarineo. plures se stiterunt supplices pro litteris nominationis quibus postulata concessa sunt. retulit M. Le Neveu meritissimus syndicus libellum supplicem oblatum judicibus, nomine academiæ, in gratiam M. Daireaux expeditum esse. lecta est litteras regias quâ M. Duranton doctor theologus anteà primarius collegii vulgò de Maître gervais ab omnibus universitatis comitiis excluditur ob denegatum familiæ vulgo de Rohan illustrissimæ solitum honorem in theologiæ facultate. eâ quæ præcipitur ut prædictæ familiæ honores soliti tribuantur in omnibus academiæ facultatibus. ea littera descripta est in universitatis commentariis.

Die 5ª horâ 1ª pomeridianâ in vesperis postridiè verò in solemni missâ. Le Jumel.

debitum deo in honorem Sti Nicolai persolvimus. M. Louvel Bacchalaureus in utroque jure non minùs diserte quàm eleganter invitavit M. Fournier doctorem theologum ut munus pontificis simul et oratoris in festo immaculatæ conceptionis in se susciperet. Le Jumel.

Die 7ª ejusdem mensis missa de spiritu sancto apud fratres prædicatores cui adfuit amplissimus rector cum quatuor nationum procuratoribus. eâdem die horâ 1ª pomeridianâ in sacello harcuriano celebratæ sunt vesperæ immaculatæ deiparæ conceptionis. paucis verbis rogavi pontificem ut postridiè pergeret. Le Jumel.

Die 8ª Decembris M. Fournier Doctor theologus vir multis titulis commendabilis incruentum Sacrificium deo o. m. obtulit in honorem immaculatæ C. M. virginis conceptionis, ejusque laudes oratione, cum plausu communi, prosecutus est. Le Jumel./.

Die 12ª ejusdem mensis solita supplicationes. processum est ad ædem deo sacram sub invocatione Stⁱ andreæ ab arcubus. Le Jumel./.

Die 16ª ejusdem mensis horâ 7ª post missam in collegio justiniano in quadrumvirum electus est M. le Roux licentiatus theologus vir clarissimus et ita est a me conclusum. Le Jumel./.

eâdem die horâ 10ª apud mathurinenses rata et grata habita sunt græcanique gesserat amplissimus rector et in suo trimestri et in biennio magistratu eique litteræ commendatitiæ concessæ sunt. supplicibus indultum est. fasces rectorii translati sunt ad M. Fourneau licentiatum theologum è regiâ societate celeberrimum philosophiæ professorem in collegio grassinæo, virum nulli aciei ingenii minorem suo que in academiam studio commendabilem. post suam confirmationem indutus purpurâ solitum præstitit sacramentum. Le Jumel./.

Die 18ª ejusdem mensis ad mathurinenses se contulerunt deputati M. fourneau in amplissimum rectorem instructuri et confirmaturi. Le Jumel./.

Die 31ª 10bris celebrata est missa in sacello harcuriano pro defunctis. Le Jumel./.

post missam subsignatum est pactum conventionis quo domum sitam in viâ vulgò Du foüave sibi locatam agnoscit M. eâ lege ut quotannis venerando ordini sexcentarum librarum summam persolvat. Le Jumel./.

1753 Die 13ª Januarii 1753 tribunal academicum a 1º mensis sabbatho ad hanc diem translatum habitum est in collegio grassinæo. supplicibus postulata concessa sunt. supplex adfuit M. guichard ludi magister postulans ut sub clientelâ academiæ reciperetur, nominati sunt deputati qui de moribus, scientiâ &c. inquirerent. nihil præterea actum est notatu dignum, nisi quod amplissimus rector munus auspicatus est oratione omnibus deputatis gratissimâ. Le Jumel./.

Die 20ª ejusdem mensis, sacrum solitum à duobus præcedentibus sabbathis impeditis, ad hanc diem translatum, celebratum est in collegio harcuriano. in gremio venerandæ nationis admissus est M. Cacialaureus theologus postquam præstitit sacramentum Le Jumel./.

Die 29ª Januarii nomine venerandæ nationis amplissimo rectori cereum obtuli præhabitâ brevi oratione quâ fidem totius ordinis pollicitus sum et ab eo benevolentiam, cujus jam nobis specimina præbuit, concessam deinceps velit postulavi. Le Jumel./.

Die ultimâ ejusdem mensis amplissimus rector cum magno deputatorum et adjunctorum comitatu varios pro more magistratus non vulgatâ oratione salutavit eisque cereos obtulit. Le Jumel./.

postridie eodem ordine eodemque comitatu nos versalias contulimus ubi regi christianissimo, christianissimæ reginæ, serenissimis delphino, et delphinæ, ac augustissimo burgundiæ duci cum cereis officiosa verba ita concinnâ ita diserte distribuit ut rex ipse oratori plaudere non sit dedignatus, ipsaque regina suos amplissimus rector ejus nomen et munus sciscitari jusserit. Le Jumel./.

Die 2ª februarii, pridiè cantatis vesperis, sacrum in sacello harcuriano solemni ritu celebratum est, recurrente præsentationis festo. eo absoluto laudes amplissimi rectoris si tacuissem, tacuissem academiæ deus. Le Jumel./.

Die sabbathi 3ª ejusdem mensis horâ 7ª missæ solitæ in sacello harcuriano adfuimus; horâ verò 10ª apud fratres prædicatores benè precati sumus manibus defunctorum pro quibus oblatum est redemptionis nostræ sacrificium. adfuit amplissimus rector cum ornatissimis procuratoribus cæterisque viris academicis. Le Jumel./.

eâdem die horis vespertinis deputati ab amplissimo rectore convocati sunt ad tribunal academicum. qui adfuerunt supplices postulata consecuti sunt. M. guichard ludi magister audito deputatorum testimonio receptus est sub academiæ clientelâ postquam se solito obligavit sacramento. meritissimus syndicus legit regium diploma quo, instigante M. gervaise summo regiæ navarræ moderatore, munus grammaticorum primarii in dicto collegio, morte M. le vray vacans rescindi præcipitur, huicque cathedra physices experimentalis, substituitur. qui experimentis præesset a rege pro hac tantum vice electus est M. mollet licentiatus theologus. nullus inter deputatos repertus est qui M. gervaise non plauderet, eumque academiæ, patriæ, et litteris addictissimum non prædicaret. regium diploma in academiæ commentariis descriptum est. M. simon in supremo senatu patronus, in locum clarissimi viri dericour demortui olim academiæ patroni suffectus, se erga academiam sacramento obligavit. Le Jumel./.

Die 10ª ejusdem mensis in tribunali academico extra ordinem convocato lata est duplex conclusio. 1ª De inscribendo in commentariis academiæ duplici senatûs decreto, quo damnatur thesis apud carmelitas lugdunenses propugnata nimium ultramontanis favens. illa inscriptio facta est prætermissâ instructione. 2ª conclusio lata est de mittendo catalogo scholarum parisiensium in quibus docetur sacra theologia, ad supremi senatûs procuratorem catholicum. Le Jumel./.

Die 13ª februarii absoluta est lis, quam M. Lobreau De Fourville architectus fidelissimæ et venerandæ nationibus intenderat. Scilicet iste ut academiæ benevolentiam simul cum operibus ad quam artem pertinentibus sibi conciliaret, injussus multiplicem ædificii in viâ San-jacobeâ sibi ad academiam pertinentis ichnographiam descripserat. ubi sensit academiam haud facilè artibus irretiri, ædificationemque cujus M. de Blinière alterius architecti commissam esse, lautam opimamque prædam diu frustrà vestigatam invenisse ratus, ultroque nationem in jus vocat. flames prembebat, cui ut satisfaceret, bis mille et amplius librarum summam ob præclara officia sibi solvi postulat. quibus autem rationibus inniteretur exponere est. resque altiùs repetenda. per duos circiter annos ejus operâ usa fuerat academia, per quod tempus satis experta est non parvi suâ interesse alteri architecto sua committere. tunc laudatus et electus est M. de Blinière a deputatis tribunalis academici, exceptis tamen ornatissimis fidelissimæ et venerandæ nationum procuratoribus qui dicti ædificii formam à M. de Blinière descriptam non probarunt. hanc similiter improbavit utraque natio, ita ut à Supremo Senatu Designatus fuerit M. Doussain architectus qui de operâ M. de Blinière judicium ferret. a designato paucis correctis laudata delineatio. prudenter ab intercessione desistit utraque natio. nescio quo pacto à nescio quo magistratibus simul exhibitas fuerint adium formæ à M. Lobreau descriptæ. hoc facto simul et litteris M. Bartolomæi olim fidelissimæ nationis procuratoris vix litiganti faventibus, armatus ad certamen nos provocat. sed victus propriis-que insidiis iterùm nos docuit quam sit cavendum ab architectis. de quo, quod sibi vindicabat, depulerunt eum, expensisque mulctarunt judices eo argumento, nixi, aliquam nationem, ubi de re gravis momenti agitur, à suo procuratore non posse obligari, nisi potestatem agendi ei solemni conclusione fecerit. Le Jumel.ſ.

Die 15ª prædicti mensis, quæ est natalis regis christianissimi Ludovici dilectissimi, adimpletum est M. le Sauvage ven. ordinis olim decani votum. missæ solemni adfuerunt amplissimus rector, ornat; procuratores cæteriqne academiæ proceres per testamentum designati. cantato hymno eucharistico te Deum, extra ordinem indixi comitia in quibus sermonem habui De Lite prædictâ, notum feci quam benè meritus esset De venerando et fidelissimo ordinibus amplissimus rector quippe qui nobiscum ad magistratus se contulerat ut jus persequeretur, suâque auctoritate adversus M. Lobreau architectum ne amplissimo decori tuerétur. qui gratum animum totius ordinis significarent, mecum deputati nominati sunt M. Lhermite ſ. Decanus, M. huillard censor, M. Le Monnier, M. ingout et M. Morin. et ita est à me conclusum. Le Jumel.ſ.

Die Sabbathi 5ª Martii post missam horâ et in loco solitis celebratam, conclusionis latæ 10ª februarii in tribunali academico à me mentio facta est, probataque est à venerando ordine inscriptio utriusque Senatûs decreti. Le Jumel.ſ.

Eâdem die vespertinis horis coram tribunali academico multi supplices se stiterunt, quibus postulata concessa sunt, inter eos duo scilicet M. achard, et M. charpentier postularunt licentiam aperiendi pedagogii sub clientelâ academiæ. qui de eorum moribus, scientiâ et doctrinâ inquirerent deputati nominati sunt. lecta est epistola regia quâ vetabatur ne hinc temporis ulla fieret à tribunali academico deliberatio, circa inscriptionem Senatûs decretorum. abstinuit tribunal academicum à conclusionis probatione quæ relegendo fieri solet. M. queue de Reverseaux celeberrimus in supremâ curiâ patronus suffectus in locum M. prevost demortui olim academiæ patroni, se solito in academiam obligavit sacramento. Le Jumel.ſ.

Die 20ª ejusdem mensis ritè processit academia ad ædem deo sacram sub invocatione stⁱ Ludovici in regiâ navarrâ. Le Jumel.ſ.

Die 21ª ejusdem mensis apud matthurinenses congressi sumus ad aperiendum rotulum. Le Jumel.ſ.

Eâdem die vespertinis horis in tribunali academico extra ordinem convocato lecta est altera epistola regia quâ irrita fiunt priorio epistolæ jussa, nobisque datur potestas deliberandi circa inscriptionem utriusque Senatûs decreti. quamobrem relecta est unanimi deputatorum consensu, si tamen excipias M. gervaise Decanum pro theologiâ qui abiit exponens jussa regia nondum ipse revocata in suâ facultate, relectus est in quam conclusio quæ lata fuerat die 10ª februarii, sicque vim obtinuit. quoniam autem res illa magni sit momenti. hic describam duo Senatûs decreta cum conclusione. Le Jumel.ſ.

extrait Des registres Du parlement
Du 25 8bre 1752

Ce jour Mᵉ nicolas pierron substitut Du procureur general du roy est entré en la cour et a dit:

Messieurs

par l'examen que j'ai fait, suivant les intentions de la cour, de la thèse dont on luy a rendu compte, qui paroît avoir été soutenue dans le couvent des carmes de Lyon, imprimée sans nom d'imprimeur, j'ay reconnu que dans la quatrième position, l'auteur en attribuant à l'eglise la puissance d'établir des loix, de commander, d'obliger et même de punir independantes du consentement des princes et des magistrats, par une reticence condamnable, n'a point pris la precaution de reconnoître dans les souverains, exclusivement à toute autre puissance, le droit d'établir des loix relatives au bonheur de l'etat, a la tranquillité publique, et d'en maintenir l'observation par des peines afflictives.

Dans la 5ᵉ position l'auteur asseure précisément que le pontife romain a droit de porter des loix sur la foy, sur les mœurs, et la discipline, et d'en dispenser, de confirmer les conciles generaux, d'instituer les evêques et les deposer.

Dans la même position l'auteur en agitant la question du pouvoir du pape sur le temporel des rois, et de son infaillibilité dans les matieres qui concernent la foy et les mœurs se contente de repondre qu'un grand nombre d'ultramontains soutiennent l'affirmative, mais que les françois soutiennent la negative avec plusieurs docteurs très celebres.

Des expressions aussy foibles et aussy problematiques, lorsqu'il s'agit des fondemens même de l'autorité royale, doivent exciter toute la severité de mon ministere.

Cette ambiguité est d'autant plus suspecte que cette proposition est immediatement precedée des principes les plus opposés aux maximes de l'etat aux libertés de l'eglise gallicane dont la cour s'est toujours fait un devoir de prendre la defense.

La puissance Souveraine et Legislative sur la foy, les moeurs, et la discipline attribuées au pape, la Superiorité sur les conciles, le droit qu'on luy donne de Deposer les evêques sont des opinions aussy contraires aux maximes de l'antiquité qu'à l'independance de l'Eglise de France. Substituer à ces précieuses maximes les nouveautés dangereuses dont est remplie cette thèse; c'est une temerité contre laquelle nous ne pouvons assez promptement nous élever: c'est l'objet des conclusions que j'ai prises par ecrit.

Luy retiré: [hæc instructio non fuit commentariis academiæ commissa.

vû la ditte these, intitulée (questio theologica) soutenue a Lyon le 4 7bre 1752, chez les grands Carmes de la ditte ville de Lyon par le frere françois Mairot, prêtre religieux du dit ordre, sous la présidence du frere juste hugon professeur de theologie; la ditte these imprimée sans nom d'imprimeur, ny lieu d'impression, et dediée au frere timothée Bergeron professeur émerite de theologie, ex assistant general et définiteur du dit ordre, et provincial de la province de Narbonne; ensemble les conclusions de pierron, substitut pour le procureur general du roy, la matiere mise en deliberation.

La cour a arrêté et ordonné que la ditte these sera lacerée et brulée dans la cour du palais, au pied du grand escalier d'iceluy par l'executeur de la haute justice. enjoint a tous ceux qui en auroient des exemplaires de les apporter au greffe de la cour pour y être supprimés; et cependant ordonne qu'à la requeste du procureur general du roy poursuite et diligence de son substitut en la sénéchaussée de Lyon et par devant le lieutenant criminel au dit siege, il sera informé contre ceux qui auroient composé, soutenu la dite these, y auroient présidé, et l'auroient imprimée, vendüe ou autrement distribuée, pour la dite information faite, rapportée et communiquée au procureur general du roy, être par luy requis, et par la cour statué ce que de raison. ordonne en outre que l'arrest du trente may 1663, la declaration du 4 aoust suivant, ensemble l'edit du mois de mars 1682 notamment les articles premier et six du dit edit, seront observés et executés selon leur forme et teneur. enjoint à toutes personnes séculieres et regulieres de quelque ordre, congregation et Société quelles soient, de s'y conformer; leur fait inhibitions et defenses de soutenir, disputer, ecrire et enseigner és ecoles publiques ni ailleurs sur la puissance spirituelle, les droits des evêques, les principes de la hierarchie ecclesiastique, l'autorité du pape, la Souveraineté du roy, l'independance de sa couronne, et autres matieres contenues en la dite these, aucunes propositions directement ni indirectement contraires à l'ancienne doctrine de l'eglise, a celle contenue en la declaration du clergé de France de 1682, aux libertés de l'eglise gallicane, maximes et ordonnances du royaume, a peine d'être procedé contre ceux qui contreviendroient aux defenses cy-dessus, ainsy qu'il appartiendra: ordonne que le present arrest sera imprimé, lu, publié et affiché partout ou besoin sera et que copies collationnées d'iceluy seront envoyées aux baillages et sénéchaussées du ressort, pour y être pareillement lu, publié et enregistré. enjoint aux substituts du procureur general du roy d'y tenir la main et d'en certifier la cour dans le mois. fait en parlement en vacations le 25 8bre 1752. signé ysabeau.

extrait des registres du parlement.

Du 26 janvier 1753.

entre frere juste hugon lecteur en theologie et françois Mairot prêtres religieux carmes au couvent de Lyon demandeurs en requête du 25 janvier 1753 tendante a ce qu'il leur fût donné acte des aveux et declarations portées par leurs interrogatoires, qu'ils sont bien eloignés de vouloir adopter et soutenir aucune des propositions qui ont justement merité l'animadversion de la cour; qu'ils adoptent en entier les principes contenus dans les 4 propositions du clergé, du 9 mars 1682, qu'ils se soumettent de tout leur coeur de les soutenir et enseigner, qu'ils désavouent de toute leur ame tout ce qui dans la dite these pourroit y être aucunement contraire, qu'ils reconnoissent et adoptent pareillement les principes des libertés de l'eglise gallicane, qu'ils soutiendront toujours en bons françois et en fidèles sujets du roy, en consequence renvoyer les demandeurs dans leurs fonctions d'une part, le procureur general du roy defendeur d'autre part; après que Buyray avocat de juste hugon et de frere françois Mairot, et le Febvre d'ormesson pour le procureur general du roy, ont été oüis, la cour ordonne qu'il en sera deliberé sur le champ; et après qu'il en a été deliberé.

La cour, toutes les chambres assemblées, donne acte aux dits freres juste hugon et françois Mairot religieux carmes du couvent de Lyon, des aveux et declarations portées par leurs interrogatoires, qu'ils sont bien éloignés de vouloir adopter et soutenir aucune des propositions de la these dont est question, qui ont justement merité l'animadversion de la cour; qu'ils adoptent en entier les principes contenus dans les 4 propositions du clergé du 9 mars 1682; qu'ils se soumettent de tout leur coeur de les soutenir et enseigner; qu'ils désavouent de toute leur ame tout ce qui dans la dite these pourroit y être aucunement contraire; qu'ils reconnoissent et adoptent pareillement tous les principes des libertés de l'eglise gallicane, qu'ils soutiendront toujours comme bons françois et en fidèles sujets du roy; en consequence enjoint au dit frere juste hugon, d'être a l'avenir plus attentif dans la composition des theses qu'il fera soutenir à ses confreres et disciples; fait defenses au dit Mairot de soutenir a l'avenir de pareilles theses; enjoint a l'un et a l'autre de se conformer à l'edit du mois de mars 1682, et a l'arrest de la cour du 25 8bre 1752. ordonne que le present arrest sera lu dans le premier chapitre qui se tiendra au couvent des religieux carmes de Lyon, et inscrit sur le registre des deliberations du dit couvent, dont le dit prieur sera tenu de certifier le procureur general du roy dans le mois; faisant

Droit sur le requisitoire du procureur general du roy: ordonne que le present arrest, ensemble celuy du 26 8bre dernier seront envoyés dans les universités, et aux autres écoles de theologie seculieres et regulieres du ressort pour y être lûs et registrés: enjoint aux Syndics des facultés de theologie desdites universités, et aux superieurs des dites ecoles de certifier le procureur general du roy de l'execution du present arrêt dans le mois. fait en parlement le 26 janvier 1753. collationné Langelé, Signé Du Frane.

conclusio lata 10ª die februarii in tribunali academico, 1753.

4º lecta est coram academico tribunali epistola illustrissimi procuratoris catholici die 3ª mensis februarii ad M. Syndicum missa, quâ duo postulat. 1º senatûs consulta lata die 25 8bris anno 1752 et 26 januarii 1753 in commentarios universitatis referri. 2º fieri catalogum omnium domorum in quibus sacra theologia parisiis traditur. lecta sunt pariter supremi senatûs decreta, quibus auditis, gravem de re propositâ ab illustrissimo procuratore catholico orationem habuit M. Syndicus spiritu verè academico plenam, sibique postulavit actum dari quod in manus fidelissimi scribæ epistolam, senatûs consulta, orationemque suam deposuerit. re in deliberationem missâ, placuit academico tribunali 1º actum dari meritissimo Syndico &c. 2º audito M. Syndico, visis declaratione cleri gallicani anno 1682, et edicto regio ejusdem anni in tabulas academicas relatis, placuit utrumque senatûs consultum in commentariis universitatis esse describenda, ita ut prioris descriptio decreti fiat inchoando solummodò ab istis verbis, vu la thèse. et ita conclusit amplissimus rector.

traducere vetit ven. natio. Magis ac magis denique miror quod animo ipse amp. rector quibusdam e deputatis nostris
declaraverit privatam suam ipsa sententiam denegandam non esse ven. nationi requisita exemplaria apud tribunal
porrò deneganda censuerit, imo primus ante deliberationem decanorum quid sentire deberet unusquisque, profitebor,
quod contra libertatem suffragiorum militare videtur: quibus omnibus ut occurrat ven. natio et præsertim ut jura
universitatis et singulorum ordinum, debitamque singulis sive ordinibus sive deputatis reverentiam tueatur
ac propugnet, censeo -

1° revocandas esse intercessiones factas ab ornat. procuratore conclusionibus latis a tribunali acad., de significationibus
postulationibusque nomine ven. nationis sive pacificis sive juridicis factis, et præsertim iis omnibus quæ die lunæ
15a hujus mensis apud amp. rectorem sive præsente sive absente procuratore nostro gerè potuerunt, ea que tanquam
nulla et irrita habenda a nobis quæcumque contra dictas intercessiones fieri potuerunt.

2° Cum non ut privati, sed nomine Suæ facultatis aut nationis apud Amp. rectorem Deant deputati ut deliberent, juraque Suæ ordinis defendant, id circò exprese statuendum ne quovis pretextu à comitiis procedat recedat procurator noster nisi vi- aut unicoribus verbis, quod absit, forte cogatur.

3° quoniam moris non est apud quoscumque forum, ut qui munere publico fungunturdeliberationibus post sumptas Conclusiones adsint, id circò sanciendum, ut procurator noster intercedat cuilibet deliberationi quæ fieri possit præsente Syndico post datas pro re acad. Conclusiones, aut præsente quæstore, si agatur de re, de qua audiendus sit quæstor, re ab ipso exposita recedat ut libera fiat deliberatio.

4° quandoquidem Codices remanent deliberationes tribunalis acad. dones Subsequentibus Comitiis lectas confirmatasque Sint, idcò juxta statutorum mentem declarandum, jam nunc intercedere ven. nationem confirmationi cujuslibet Conclusionis de re gravioris momenti de quâ ad Suum ordinem prius non retulisset deputatus tenebitur itaque deputatus de illâ relatione certum fieri tribunal, aut testimonii postulare ab ipso tribunali acad. quo Suus actus eadem omnino Conclusionem a se habendum declarat ven. natio.

5° Cum inconsultis ordinibus, et certe si cognoscerent, improbantibus, violata sint jura facultatum et nationum debitaque deputatis reverentia proculcata sibi, mandandum deputatis quibus rem imposterum committet ven. natio ut inter se videant quomodo sit unicuique ordini exponendum quam gravitas a tribunali acad. ladantur jura tribunalis acad. intra præscriptos limites restringendam concurrere.

6° postulandum ut à tabulis academicis expungantur verba authoritatis et libertatis cujusque ordinis detorquitur scilicet in Conclusione tribunalis acad. lata die 7a julii 1753. „ tribunal acad. decrevit, ut universitas Sportulam erogaret. „ in Conclusione Gisdem tribunalis lata die 1° decembris 1753. decretum est ut Libellus ille (honorandæ Gallorum nationis) memorialis traderetur Syndico „ „ in Conclusione lata mense januario 1754 jussit tribunal acad. ut libellus ille memorialis (fidelium picardorum nationis) traderetur Syndico „ quibus alia substituantur minus imperativa, et in margine scribatur, reformato Jussu juxta Conclusionem a tribunali acad. latam die - - -

7° præsentem deliberationem per apparitorem significandam tribunali acad. ne ignorent.

Hac facta lectione requisivit aequis. vice Censor, ut sibi præ manibus traderetur lecta a m. Ingou Sententia ut eam examinaret, de ea statuimpost relaturus: tum laudibus me decoravit M. le rat, sicut signavit. deinde denegatus fuerit ornat. procuratori actus intercessionis suæ; datum enim fuisse, absente procuratore, affirmant quidem è ven ordine, id circò admisit cogitata a m. ingou Cujusque Sententiæ subscripsit postulavitque ut inscriberentur in commentariis ven. nationis relatio ab ornat. procuratore facta, Sententiæ et requisitio m. Guilard procensoris, annotata et Sententia m. jngou, excepto tamen eo quod pertinet ad datum intercessionis denegatum; quod attinet inquit, ad requisitionem aequis procensoris, ut nimirum sibi traderentur Sententiæ annotatæ m. jngou; censuit nullatenus esse tradendas Sententiam et annotata, ut potè quæ non sint libri memoriales ad Sententias et cogitata privata tribulis. et probarat, me procuratorem e comitiis retuliss eas non debuisse — Decomplum protulit ex commentariis nostris excerptum: anno scilicet 1708. contigit, ut cum singulæ facultates et nationes seorsim consultissent prosperis largitionem facultati medicinæ erogandam, et sui ordinis Sententiam ad tribunal acad. retulisset unusquisque deputatus, intercessit jurium facultatis decanus, nisi et Suæ facultatis Similis prælio concederetur. postulavit ampl. rector m. Gibert, ut e comitiis recederet decanus jurium facultatis, qui dixit se ideo non posse quin prius suam facultatem consuluerit, et ab ea acceperit quisnam esset sua intercessionis justus judex. non improbavit amp. rector rem ad alios comitia remitti, ut singuli ordines consulerent re itaque ad proxima comitia remissa et relata, dixit medicinæ decanus suam facultatem, ~~ut petitionem intercessionis~~ ~~redoce, decernit gerendi spectare~~, a prosecutione petendæ sibi abstinere sibi: his in academia oriretur: rejecit judicium decanus suam facultatem a petitione et intercessione recedere si nihil postulet facultas medicinæ nec retinuaque decanum rogavit amp. rector, ut e comitiis exirent, et attulit authoritatem sanctionum regiarum quibus tit. 24. art. 13. et 14. cavetur ne quis judex de cujus causa agitur, judicio intersit, sed reposuit decretistas postulat illos ad rem præsentem non esse accommodatos, idque rationibus maximi momenti confirmavit. itaque deliberationi esse non posse, a decanis tamen sententia abstinuit: hæc fuit Sententia m. le Rat, quam amplexus est m. jngou, et pro quâ stetit ven. natio, cum quâ concluso ego procurator Levacher.

J. G. Levacher

Die mercurii mensis Augusti 6.ta missa celebrata est propriis manibus m. martin du menil ven. nationis Benefactoris pro quo singulis annis missa celebrabitur die 4.ta julii.

Die mercurii mensis augusti decima habiti sunt apud Matturinenses praclara artium facultatis comitia in quibus Septem supra vigenti supplicibus indultum est, praterea a meritissimis procancellariis appellatos ad tantandas vices suscipiendumque in magisterio artium eligit ac confirmavit ven. ordo apud Beatam Mariam m. Egidium Bouvel in utroque jure licentiatum, et apud m. Genovefam m. Nicolaum Semillard des Ovilliers in theologia Bachalaureum primi ordinis. Levacher procr. J G Chevrette.

Die Sabboti 31.a mensis augusti habiti sunt apud amplissimum rectorem m. Sourmen in collegio grassinco deputatorum universitatis comitia propter ferias academicas antripatas, in quibus tribus supplicibus indultum est alios substituendi pro licentia aperiendi pedagogii sub tutela almæ parisiensis universitatis, cujus supplicis ego ven. nationis procurator, una cum m. le Beau honorandæ gallorum nationis procurator deputati sumus inquisituri de vita et moribus, quod nemus utrique libenter suscepimus. statutum est tribunal acad. ad senatus principem ire die sabbatina die matutinis horis iturum, verba gratulatoria facturum, de ipsius totiusque senatus revocatione, cujus tribunalis academicis salutatum acceptarum. Sed privatum, tribunali academico nuntiavit senatus princeps per primum amplissimi rectoris apparitorem, ad ipsum senatus principem mittendum, qui tribunal acad. certum faceret, senatus principem crastina die apud se fore videndum. Levacher procurator.

J G Chevrette.

Die dominica mensis septembris primâ ad amplissimum rectorem in collegio grassinco convenerunt universitatis deputati, hinc senatus principum adituri. facto levi gentaculo rhodas conscenderunt, senatus que principem adierunt, cui gratulatoria verba fecit amp. rector, quæ cum elegantia, concinnitate atque magestate, universitatis tum doloris quod tandiu ab urbe louel fuerat senatus, tum latitiæ et gaudii sensus mirum in modum exprimebant. quod tandem fuerit revocatus, cui congratulationi verbis officiosissimis benevolentiam animique gratitudinem rebus ipsis respondit senatus princeps, aperuit in pleno senatu relaturum se de honore quem sibi exhibuerat universitas. Levacher procr.

Die Sabbati mensis septembris 7.a apud ampl. rectorem in grassinco convenerunt universitatis deputati per schedulam convocati. hinc tribunal acad. supremum senatum adiit, una duntaxat historiarum porta aperta est. per juriumque regiorum assessores introductum est tribunal acad. ibique in loco juriumque regiorum assessoribus apertis et clausis amplo rectore undique capite orationem suam gratulatoriam latine conscriptam direxit ac supremi senatus principem, qui sedens, et aperto capite eadem idemate respondit. hac omissa non omnibus universitatis deputatis arriserunt, dixerunt quidam visitationem illam esse novam et eo que non faciendam, iisque conquesti sunt quod tribunal acad. eo quo debebat honore non fuerit acceptum a supremo senatu. statutum est eorum omnium quæ peracta sunt dos historiam ipsa in libro universitatis inscribendam a fidel. vice scriba m. Auffray. Levacher procr.

Die Sabbati mensis octobris habiti sunt ven. nationis comitia in harcurio, in quibus supplex se stitit m. ludovicus sanson presbiter ebroicensis, pro regentia et scholis virtute g. et designationis pro regentia quarta scholæ in regio navarræ, audito requisitorio procuratore m. juliard omnes ven. ordinis tribules summo applausu postulatum suum m. ludovico sanson concesserunt, postulaverunt que ut ego ven. nationis procurator cum quibusdam aliis ven. nationis contribulibus summum regium navarræ moderatorem m. gervaise et quidem collegii principalem m. foucher adyremus et gratias eis agamus quod designaverint in professorum rio que gratulemur quod tantæ sagacitatis ingenium inter professores suos admiserint. deinde libri memoriales a m. bouvel e ven. nationis gremio nec non in supremo senatus patrono conscripti jussu et nomine ven. nationis deputatorum, nuncique tribulium per primum apparitorem nostrum distributi sunt

Levacher procr. J G Chevrette.

Eodem die vespertinis horis habitæ sunt apud ampl. rectorem in grassinco universitatis deputatorum comitia, in quibus duobus supplicibus suæ postulata concessa sunt pariter concessæ sunt m.e La lompte litteræ quibus ei permissum est ut aperiat pedagogium sub tutela universitatis, cum prius constiterit de ipsius vitæ scientiæ et moribus per viam. le Beau honorandæ gallorum, et me Levacher venerandæ normannorum nationum procuratores. admissi sunt in patronos universitatis mm. de la Monnaye et Lambon qui sacramentum ampl. rectori de more præstiterunt. discussum est utrum inter eminendi beat universitas in negotio beneficii a duobus scholiarchis obtenti virtute litterarum nominationis et quinquennalium alter virtute litterarum nominationis et quinquennalium in universitate Tolosa. alter in universitate parisiensi. hic mensi augusto supplicavit, suas autem litteras non habuit nisi subsequentibus comitiis generalibus totius universitatis. quæ fieri non possunt ante mensem octobrem. alter vero supplicavit non universitatis tolosæ mensis julio, suasque litteras obtinuit eodem die. non adhuc interveniit universitas parisiensis, sed fore intervenit, ut suas privilegia pro cæteris universitatibus tuentes ac defendat

nihil

nihil tamen hodie statutum circa hoc capit. Mentionem factas Arresti ut vocant, desistionis quod obtinuit ven. natio circa perceptionem novi Causas a quibusdam tribunalis academici privatis inconsultis ordinibus imposite, duo in deliberationem misit ampl. rector. 1.um quid agendum circa negotium novi Causas. an tribunal academicum prosequatur, an a proposito desistat. nil circa hoc primum statutum est alii ampliandum, alii rem maturius ipse expendendam censuerunt, tempusq; postularunt prorogari. 2.um utrum subsistere possit et valeat augmentum rendilionis privilegiorum renuntiatum ab eodem Tribunali academico factum. universitatis tum deputati, tum patroni censuerunt propterea subsistere augmentum illud, et hoc fuit statutum fidelis. picardorum Nationis vicem procurator ornatiss. m. vallée vituperavit rectorem ampl. et Syndicum meritis quod in lite motas inter ven. nationem et alios ordines inter venerint nomine universitatis, inconsultis universitatis deputatis. et intercessit quominus admitterentur intervenientes nomine universitatis. dum censuerunt ven. nationem credere me dixi. et ipsius nomine intercessi. actum nostrae intercessionis utroque procurator postulavimus. tandem statutum est, ad te Deum in festo Assumptionis rectoris ampl. processione solemni nihil extraordinarium spectabile, propter universitatis penuriam. de omnibus supradictis adfuit meritis Syndicus, et more solito conclusit ampl. rector. ita testor. Levacher proc. J. G. Hermitte

Die Martis octobris 8.a duabus Supplicibus indultum est. et factus fuit ampl. rectoris suffragio Levacher proc.

Die Jovis mensis octobris decima. horis matutinis habitis sunt in Tabulario ven. nationis comitia quadrumviralia in quibus unanimi suffragio in quadrumvirum electus est m. Joannes Baptista Gardin de mensi celeberrimus humanitatis professor in Lexovieo. electus est etiam m. Bidelle in Sacra theologia primus Licentiatus theologus in profectum festi Sancti Romani. et quoque designatus ex quorum oratorem invitando pontificii in festum B.V.M. Sine labe Conceptae. assignata dies est missae celebrandae pro piis manibus m. Juliani Rectoris de Motteville facto funeti. rationem visitationis Supremo Senatui facta a tribunali academ. prater usum et consuetudinem. non arrisit ven. ordini visitatio illa. retuli itaque, quae jam in Comitiis retuleram, rectorem scilicet ampl. m. Formont a tribunali academ. fuisse electum ut primus [illegible] del. Scribae universitatis gereret, cum spe successionis iterum vero retuli, quia pauci admodum erant, cum primum retuleram, ipsique postulaverant ut in amplioribus comitiis rem deferrem: hanc electionem m. Souveneau in fid. Scribae universitatis vocum + delevi. Levacher

eodem tandem admisit ven. ordo, nullam tamen intercessionem fecit, retuli tandem M.re de la Monnaie et Lambon fuisse electos in patronos universitatis, ipseq; juramentum ampl. rectori praestitisse more solito; dubium ampl. rectoris circa valorem augmenti rendilionis renuntiatum a patronis universitatis fuisse solutum. vult ven. natio latere in tabulis academ. monumentum quo constet reditus renuntiatum non ad facultates superiores, sed ad solos rationis pertinere. ipsi tamen reditibus frui universitatem ad tempus unanimi consensu permisit haec omnia more aputo peracta sunt. Levacher proc. auditus fuit aequi. censor. Levacher

Eadem die habita sunt apud Mathurinenses praeclara artium facultatis comitia, in quibus habito prius postulatio oratione de lite mota inter varios ordines et ven. ordinem, fuere remissi rectoris et nationis fuum in locum aputatum recessisent. sua suppliciis addidit ven. ordo. confirmavit in quadrumvirum m. Gardin de mensi horis matutinis electum, rata et grata habuit quae gesserat ampl. rector per totum suum magistratum, exceptis iis quae improbaverat Supremus Senatus, quamquam existimaret ven. natio bonum fuisse mentem ampliss. rectoris. improbavit quoque ven. ordo intercentionem universitatis factam, inconsulta universitate, in lite quae movetur inter alios ordines et ven. nationem. Censuit praeterea non deprometidos ipse sumptus, ex aerario universitatis pro hac intercentione, et quam primum intercessionem suam ipse significandam. Electus est in novum ampl. rectorem unanimi quadrumvirorum suffragio m. Dr Laurent de la Barre, fuitque rectoris suscepit. orationem habuit qua testabatur animi gratitudinem, [illegible] futurum pro urbis universitatis. Levacher proc. J. G. Hermitte

Die veneris octobris undecima Hora septima matutina habita sunt universitatis deputatorum
Comitia per novum Ampl. rectorem convocata, in quibus instructus est et confirmatus per
Decanos superiorum facultatum, et nationum procuratores qui et ipsi et universitati fuerunt
congratulati quod ad ipsum fasces rectorii fuerint delati, et ipse los Susceperit m. Laurent de la Barre
Albericus philosophiæ professor in Regio Navarræ. permissum est ut m. Hamelin fidel. universitatis
quæstor in variis universitatis domibus les Reservirs curaret quæ Resisi negotiat. permissum fuit
ut m. Mangin ut mille summos ad D. Paguelleau reciperet ex superstite pecunia quam nondum
Solvit pro Domo, vulgo dicta, Hotel de l'université, Levacher prov. J.G. Hermilly
Die Sabbati 19.ª mensis octobris, postquam in Sancte Barbare Missa Celebrata est, pro requie animæ M.
Rectoris de Motteville, habita sunt ven. nationis Comitia per Schedulam Convocata, in quibus retuli varia
injuriosa dicta, quibus me procuratorem et ven. ordinem lacessivit m. le Clerc apud Mathurinenses, ante Comitia
deputatorum universitatis inita pro instructione ampl. Novi rectoris, quæ quidem injuriosa a Superbo dicta, non
audire non potuerunt universitatis deputati. In res prout acta est cum MM. le Baron Salubertimæ facultatis
decani, Hamelin fidel. universitatis Quæstor, et le Clerc universitatis Gindrey Syndicus de Commentario
ven. ordinis nomine vulgato circa ven. novæ impositionis vulgato, et de aliis ad agendi rationem ven. nationis
pertinentibus confabularentur, dixi ego cum ipsis honorandis Gallorum, et Constantissimæ Germanorum
nationes censent suppriemendum esse Commentarium ven. ordinis nomine factum. adest ergo nova causa
novæ litis, sicine variis distrahatur universitas libert. hinc in me verbum tulit m. le Clerc ad te
res ne pertinet loqui; inquit? velut animo vilis et homo nequam esset tractandus ordinis princeps, cum tam
pendentium animorum suffragia referre curat ac audet. cui respondi. Stulta videri non debet agendi ratio
ven. nationis, quantum ad me, majori cum prudentia mens gesti, quam timeat ipse, te recte decet, inquit,
terræ vermiculum quidquam mihimetipsi approbare, quasi singularis ordinis ejus servus, Si dicimus
quid at, ut quidquam tale referas (Scibat significatum fuisse m.r hamelin interessionem ven. ordinis
ne ex arca communi depromerentur sumptus interventionis universitatis ab ipsomet m. le Clerc factæ,
inconsulta universitate) pro munere meo contra te ruquiram. quibus tantis et tam me deprimentibus
nullum responsum dedi, nisi, quis fueris, quis nunc es, quis sum ego. et quis fuerim, rite perpendatur
nihil damni mihi afferet ultroque nostri hæc comparatio. Cujus rei facta relatione, in
deliberationem misi, quid circa hoc agendum esset. tribules omnes quotquot Comitiis aderant,
indignatione commota, rem esse graviorem censuerunt, quam ut statim statueretur quid agendum
esset. ut autem nihil inconsulte ac temere ageretur, unanimi omnium voce ac consilio, deliberandum
remisi ad proximæ ven. nationis Comitia per Schedulam convocanda, quæ Comitia in diem veneris
sequentem mensis octobris 25.am indicta sunt. et ita a me conclusum est. Levacher, prov.
J.G. Hermilly
Die veneris 25.ª mensis octobris habita sunt in aula Collegii Garcuriani remissa venerationis
Comitia per Schedulam convocata in quibus sequentem fabri orationem M. cum vobis in
præcedentibus Comitiis exponi vos tribules, quam superbis ac injuriosis verbis me procuratorem
vestrum vos que lacessiverit M. le Clerc, non sine quodam gaudii sensu, magnaque animi
gratitudine fui expertus, vos, omnia tamquam vobis immediate illata suscipere ac sustinere velle,
non etiam finire tempus prorogatum, nisi ut serius et maturius expenderetis quid in re tantis
momenti faciendum statueretis. Ut autem justitiæ et æquitatis leges servantur animadvertite ven.
viri injuriarum gravitatem, rerum ac temporum circumstantias non parum minui. causa perdita,
Commentaria quibus supra modum gravari se sentit m. le Clerc, male tanto universitatis interventu
ab ipso facto, inconsulta universitate, duobus ordinibus imprecatio, ac tuam ac servorum animum iræ
ejusmodi sunt, ac vobis videri debent, ut si culpam non omnino diluunt, saltem ejus gravetas
maxime minuatur. id non deest profecto, fatebor ego, nec ipse differri potest, unde possetis
panas et quidem justissimas meritas repetere, sed non vultis virum perdere tot ac tantis dotibus
divers generis clarum. id non patietur vestra in miseros commiseratio, vestraque in religionem
pietas. alto pectori vestro inhæret pusillanimi admodum animi ejus vindictam persequi
Christiani

Christiani viri injurias condonare. Vos non latet, quanto facilior, æquior, ac certior est injuriæ vindicta, tanto præclariorem, dignioremque Deo laudem et hominibus gratiorem accedere injuriarum condonationem. Per vos liceat ven. trib. Lovanii, quæ me ut privatum attingerant, si quæ sint penitus oblivisci. gratiam quoque apud vos mereatur et obtineat quem facti pœnitentem ea conscientia arbitror. Discat vestro exemplo, pacis, concordiæ, et moderationis virtutes amare et cultu prosequi. pulchrum quidem ac præclarum debellare superbos; at subjectis parcere pulcherrimum et præstantissimum. qua facta oratione censor æquis. antequam quid quam in deliberationem mitteretur, epistolam legit, quam Mr. Le Clerc per cum ad ven. nationem miserat. Audita epistolæ hujus lectione, censuerunt omnes quam plurimi, sex aut septem exceptis, statuerent quæ epistolam illam insufficientem omnino ipse reparandis injuriis sibi procuratorique suo illatis; deque aliud exemplar conscripserunt quod sequentibus verbis continetur. je suis sensiblement affligé de ce qui auroit pu m'echapper d'offensant contre la nation de Normandie, et contre mr. le valet Procureur avant l'assemblée tenue aux Mathurins le 11. de ce mois; je prie la nation de Normandie d'être persuadée du respect que j'ai pour elle, et dont je suis pénétré; et nimirum ad instar aliam conscriberet M. Le Clerc, et ad ven. ordinem remitteret recipiendam pro sufficienti satisfactione non quidem ad strictos juris apices adacta, sed ex gratuita ven. ordinis condonatione et ita concluso. Levacher proc — J. G. Le Clerc.

Die Sabbati 26to. mensis octobris habita sunt apud Mathurinenses præclarae artium facultatis comitia censoria, in quibus audito æquis. censore, qui munus suum completo tempore juxta consuetudinem remisit, unanimi omnium suffragio gratiæ quam maximæ actæ sunt. et in ipsius locum unanimi pariter omnium suffragio electus est censor M. joannes Michael julien in sacra facultate parisiensi scientiatus theologus. duobus supplicibus libellis tum postulatum concessum est. palam præclarae artium facultate, postulavi ven. ordinis nomine, ut antequam in commentarios universitatis inscriberetur conclusio lata die decima mensis octobris, mihi scripta traderetur, ut videret ven. natio, utrum iisdem sit concepta verbis, quibus cum referri voluerat. Ejusdem ven. nationis nomine improbavi has voces: il elegiemo ac nominammo, in quibus est usus mendosus. Sanctus Genovefæ cancellarius, in suas novi apud beatam Genovefam examinatoris designationem, qui tentatis examinis viris licentiandorum in magisterio artium. requisivit vm. ordo ut quæcumque statuta fuerant circa epistolam M. Le Clerc, ipsi per censorem nota fierent, ne ignoraret qualem ab ipso exigat epistolam ven. ordo. et ita de his a me conclusum est. Levacher proc. J. G. Le Clerc.

Die Martis 29no. mensis octobris post missam in Sacello parisiano celebratam, propriis manibus M. Nicolai Postel, habita sunt ven. nationis comitia in quibus M. Baffeto celeberrimus philosophiæ professor ita brevario, et censor expirat dixit, se ipsa die comitiorum retulisse Mr. Le Clerc ipsius epistolam prorsus insufficientem visam fuisse ven. nationi, aliamque sibi ab ipso vocabi velle, cujus verba ipsa, non tamen tanquam a ven ordine prævio jussa retulerit. ipse conquestus est M. Le Clerc quod cum fructum ex sua epistola non percepisset, quem sperare se posse confidebat, coluerat aliam epistolam se nolle ad ven ordinem rescribere, nec posse quidquam aliud ipsi scripto mandare. audito æquis. censore in deliberationem missum est, utrum hæc responsio foret admittenda tanquam æquivalens satisfactio, et quid circa ipsam statuendum esset. æquis. censor pro munere suo dixit, ven. nationem hac proxima sibi procuratorique suo factas injurias, non posse relinquimultas cum præsertim certo sciat haud raro evenire, ut M. Le Clerc hoc superbo et injurioso modo ven. nationis procuratores tractet. re in deliberationem missa, et audito æquis. censore, censuit ven. natio tum ad magistratus deferendam, ad id autem legem ven. nationis deputatos nominavit, qui rem novi consulti prosequi sunt ac prosequentur, ut iisdem conditis nihilque rem utcumque proficiant. Cum ven. ordine conclusi. Levacher proc. — Julien censor. — J. G. Le Clerc.

Die Sabbati mensis Novembris 9.o habita sunt ven. nationis comitia menstrua, in quibus pro
negotiis impedito procurator adfuit M. Brunet celeberrimus in quinto ordine professor, qui legit
conclusionem latam die decima mensis octobris, in generalibus praelaro artium facultatis comitiis. lecumque ac
statuit ven. natio suam sententiam in hanc conclusionem ipsissimis verbis esse Cathologis universitatis
inscribendam, quibus tam retulerat ornat. suus procurator. haec ita testatus est M. Brunet - Levacher procur
praeterea unanimi et nimium hisce suffragio in quaestorem munitorum electus est M. Apelin de vaulgard celeberrimus
humanitatis professor in collegio harcuriano. Levacher procur J G Schwmetter J W Jullien
Eadem die Sabbati ejusdem mensis Novembris 9.o hora prima vespertina, habita sunt deputatorum
ordinarium comitia apud Ampl. rectorem M.re Du Laurent de la Barre in collegio sorbonitarum, in quibus pro
me gravibus negotiis impedito procurator ven. ordinis adfuit M. le Mercier. nihil momenti actum actumve est
praeterea, de quibus multum conquestus est M.r le Mercier. Scilicet, multa insessa libro memoriali sub nomine ven.
nationis vulgato sibi aliisque viris tribunalis academici injuriosa. Dixit M.r le Mercier, si ven. natio ea
omnia, quae injuriosis scriptis sunt delere procipere voluerit, se a qualibet contra eam prosecutione fore
destiturum. quae omnia ven. ordini relaturum se promisit M.r le Mercier, et nihil amplius promisisse se
palam ven. nationi testatus est. Levacher procur

Die jovis mensis Novembris 21.o post missam praesentationis B. M. V. habita sunt ven. nationis comitia,
in quibus laposcitis a M.r le Mercier quae in ultimis deputatorum Universitatis comitiis acta sunt. et in
deliberationem misi, utrum liber memorialis ven. nationis jussu ac nomine factus et vulgatus sibi quoad omnia
probentur, vel delenda censeat, quae M.r le Mercier sibi aliisque tribunalis acad. membris injuriosa praedicat,
censor Acquis pro ea nationis postulavit ut ad generalia comitia res agitanda remitterentur, idem sententiae sup.
Decano, et nimine reclamante, cum ejus ad generalia ven. nationis comitia per schedulam convocanda, remisi
Levacher procur J G Schwmetter J W Jullien

Die lunae mensis Novembris 25.o post missam S.tae Catharinae habita sunt in Sacello Harcuriano ven.
nationis comitia per schedulam convocata, in quibus iterum laposui id, quod jam laposuerat M. le Mercier
qui pro me negotiis impedito comitiis deputatorum universitatis proximo habitis adfuerat, Scilicet M.r Le Mercier
contra librum memorialem jussu et nomine ven. Nationis editum sibi aliisque tribunalis acad. membris injuriosa praedicata
injurias ipse, et in deliberationem misi quid sibi ea relationem a M.r le Mercier factam agendum statueret ven.
natio. auditus est postea Acquis. Censor, qui dixit non patere profanam offendat liber memorialis, et quamvis
loca eis injuriosa videantur, qui R. Lesf arbitrantur, per sparsos rumores vagari arrestum Supremae Curiae
obtentum fuisse quo Scilicet decretum fuit ut liber ille memorialis cum originali deponeretur in tabulario
Supremae Curiae, quamodi arrestum non nisi post requestam quae velus quorumdam contentum obtentum
fuisse, necesse igitur esse, ut tum arrestum, tum loca quibus se laesos esse dolent quidam, ven. ordini
denuntientur priusquam rite deliberetur. audito ea requirente Acquis censore censuit ven. natio non esse
deliberandum de suo libro memoriali donec et arrestum Supremae Curiae et loca quae injuriosa praedicantur
ven. ordini nota ac denuntiata fuerint. postea legit Acquis. Censor libellum quendam memorialem de re
impositionis. Sub Nomine Universitatis vulgatum in quo multa contra jura singulorum ordinum
ipsiusque Universitatis, multa falso enunciata, multa contra ven. nationem indecore ac modum ac
injuriosa dicta ubique sparsa esse notavit requirente Acquis. censore in deliberationem nisi quid circa
libellum illum memorialem statuere vellet ven. natio. improbarunt omnes ac singuli diversa hujusce
libelli loca, et unanimi consensu statutum est scribendum esse ad ornat. procuratores epistolam tum
facultatibus superioribus, tum singulis nationibus, ut scilicet declarare velint utrum de libello illo
memoriali conficiendo, aut typis edendo consulti fuerint, utrum ignorant principia quae contra jus
communem universitatis singulorumque ordinum temere ac falso enunciantur in gratiam cuiusdam tribunalis
tribunalis academ. aut ipsius rectoris amplissimi, utrum sibi probentur ea quae in summum
contemptum ac dedecus passim conjiciuntur. et ita a me cum ven. ordine nemine omnino
reclamante conclusum est. Levacher procur J G Schwmetter J W Jullien

Die jovis nonis decembris 5.ª post primas S.ti Nicolai vesperas habita sunt ven. nationis Comitia
in quibus missa pro requie animæ m. Michaelis Bertheaume in sacra theologia licentiati indicta est in
diem Sabbati hujus mensis decimam quartam, præterea postulante M.e le Rat fidel. ven. nationis quæstore
ven. natio elegit m. Gaudelet, qui domorum ven. nationis tegulas disponat ac disposita conservare curet.
Levacher, procur. J.G. Hyvernat. J.J. Dallier B.

Die Sabbati decembris 7.ª habita sunt ven. nationis comitia mustrua, in quibus legi multas conclusiones
in quibus nihil desiderari visum est. Levacher procur. J.G. Hyvernat. J.J. Dallier B.

Eadem die Sabbati hujus mensis 7.bris 7.ª habita sunt deputatorum universitatis comitia apud Ampl.
rectorem in Coriscopitensi Collegio, in quibus septem suppliciis indultum est. Nominati sunt deputati mm.
Du Laurent rector, Fourneau orator, Chomel salubernimæ facultatis decanus, Le Normelier universitatis
quæstor, qui examinent varios apud m. Mangin confectos in domo vulgo dicta l'hotel de l'université, at
minime num statui possit utrum ex justitia, vel ex æquitate universitas ne an dd. Dagnes eau le Solyer senatus,
utrumve libri memoriales a m.e le Fauve universitatis architecto ad justum et æquum valorem redacti sint
et tandem quid actum sit de ferro, plumbo, ligno et aliis rebus mobilibus hujusce quarum
nullus fuit usus in reparatione dictæ domus. Pars domus sita in via Sorbonica vocata St. Amandi erit
m.e Jamelin ejus extruendas in illa domo foricas, quod omnibus probatum est. Supplicationes Ampl. rectoris
indictas sunt in diem veneris hujus mensis 10. quæ dies ipsissimus erat ultimus Sorbonicæ. non placuit
tribunali academico differri supplicationes ad proximi Sorbonicam ultimam. Obtulit m. le Ferre Sacræ
facultatis syndicus [illegible] superiorum facultatum decanis, tum nationum procuratoribus libellum memorialem
eorum omnium quæ a Sacra theologica facultate acta sunt sive contra m. Dupradet, sive in ejus hac
gratiam. Levacher, procur.

Die dominica mensis decembris 8.ª post primas vesperas B. V. immaculatæ habita sunt comitia
ven. nationis in quibus exposuit animadversum quam plurimos novitatem quandam fuisse introductam die 7.ª
proximè elapso apud fratres dominicanos intra missæ solemnia quam celebrandam instituit universitas
videlicet m. Fourneau, et m. Jamelin universitatis quæstorum ad oblationem proclamatos
post procuratores ornat. et ante sapientes ven. nationis decanum cæteroque tribules, et postulavit, ut,
audito prius Aquisextiensi censore laudare deliberaret ven. natio. Dixit Aquisextiensis censor insolitum revera omnibus
videri tale procedendi ordinem, hactenus nunquam servatum, atque etiam vel antiquissimis in auditum
non elatum quo titulo m.m. Fourneau et Jamelin hujusmodi jus velint usurpare. Si tanquam antiqui
rectores, fortasse hos honores dignitati rectoriæ a singulis ordinibus non sine derogandos. Sed ex hoc
et antiqui rectoratus insignibus decorati procederent, si tanquam nationis suæ tribules, jus ipsis non
competere procedendi immediate post procuratores ornat. antequam ad sedem suam ipsos reduxerint
apparitores, nec ante decanum tribules quos cujusvis ordinis. Tum quia nationem vestram velare non
possunt quos suis tribulibus ne ad oblationem præeidant. Portentum oblationis non suppeditat.
Tum quia si eam reprocuraturent suo ordine antiquitatis inter præclaræ artium facultatis
procedere tenerentur. Si denique tanquam universitatis officiarii contra novitatem hanc omni opere
atque opera esse insurgendum 1.º quia non facta nec probata fuit a veteribus ordinibus electio m. Fourneau,
2.º quia hinc clarius patet insolitum hunc ordinem procedendi non esse introductum nisi ut ab
comitet ac demonstretur ipsorum supra singulos ordines superioritas quam ubique prædicant, reclamare
igitur se pro munere censorio contra hanc novitatem et actum hac reclamationis postulare. Re in
deliberationem missa, unanimi consensu statutum est aquisextiensi censori concedendum esse actum reclamationis
et ut dicta reclamationis ratio habeatur, interdendum ac prohibendum ne in posterum ad oblationem
procedant officiarii universitatis ante suæ cooptationis ordinem, præsentem conclusionem ad ampl.
rectorem esse deferendam antequam [illegible] præclaræ artium facultatis ab ornat. procuratore legatus
et de nova hac usurpatione deliberationem instituere velit ampl. rector, cui a me procuratore,
nomine omnium reclamante, conclusum est. Levacher, procur. J.G. Hyvernat. J.J. Dallier B.

Die martis mensis decembris 10.° habitos deputatorum universitatis comitijs extraordinarijs in quibus
nominati sunt M. le Clerc Syndicus, et m. Hamelin quatuor qui illustrissimum ac reverendissimum Dd. parisiensium
archiepiscopum adirent salutaturi, iique testificaturi quantum exipsius exilio doleant significat universitas
Levacher actu.

Die veneris decembris 13. nationum procuratoribus apud ampl. rectorem congregatis antea ipsi supplicationes
protulatas ut m. Hamelin se codem tempore ad oblationem processisse die 7.° intra missas solemnias celebratas
in capella fratrum praedicatorum ne quorumdam ordinum conquestibus ansam praberet, nullatenus vero ut jura ven.
ordinis nec cujusquam alterius laederet. Cum attrito et humili corde promisit se nunquam ante sapient. ven. nationis decanum
ad oblationem ullam processurum, actum sua protestationis postulavit ad ampl. rectorem qui hanc concessit. idem protestatus est
m. fourneau, et insuper a me postulavit actum sua protestationis, quem ipsi quapotest maxima benignitate concessi.
ubique dixi. venranda nacio non vult contra vos procedere, id unum intendit, vos minime extra limites officii vestri non
divagari. hanc vobis culpam condonat. amplius de catero ne deficiatis, postea apud multurinenses duobus suppliciis
indultum est. duo librarii sacramentum ampl. rectori prestiterunt. dein ad eadem die sacram sub invocatione S.ti ludovici
in regio navarro processum est. Levacher proc. J G Hermitte !

Die sabbati decembris 14.° post missam pro requie animae m. michaelis berthieaume celebratam, habitus sunt ven.
nationis comitia, in quibus lecta conclusione ven ordinis circa m. hamelin et fourneau relati quae ipsi quoque protestatus
est apud ampl. rectorem die veneris 10.° decembris. statuit venranda natio eorum protestationis actum ipsa tamen
nostris, tum universitatis commentariis inscribendum. censuit insuper ven. natio nullam mentionem esse in
tabulis academicis faciendam de deputatione ad Dd. parisiensem archiepiscopum. et ita a me conclusum est.
Levacher proc J G Hermitte ! J J Julien

Die lunae decembris 17.° post missam pro piis manibus m. joannis de Roissi in sacella justitiano celebratam
habitus sunt ven. nationis comitia in quibus quadrumvir electus est supplex m. franciscus brenet celeberrimus
in collegio harcuriano professor. Congregati quotquot erant e ven. nationis professores contractus subscripserunt
quo me apellin de vaulegeard constituerunt nuntiatum quaestor, in locum m. petri le Monnier celeberrimi
sophicos professoris emeriti in collegio harcuriano, et in regio scientiarum academico. ita a me conclusum
est. Levacher proc J G Hermitte ! J J Julien

Eadem die lunae 17.° habitus sunt apud multurinenses comitia quadrumviralia, in quibus rata et grata habuit
ven ordo quaecumque gessit ampl rector in suo trimestri magistratu, loque nomine literas commendatitias
confirmavit in quadrumvirum, matutinis horis electum m. franciscum brenet. Suppliciis omnibus indulsit
ita conclusi. Levacher proc J G Hermitte ! J J Julien

Die martis decembris 31.° post missam pro pace et requie animarum pro anni curriculum defunctorum
celebratam, habitus sunt ven. nationis comitia. in quibus legi conclusionem ven ordinis supra scriptam quae
mandum lectae fuerant. praterea legi actum sacrae facultatis, quo m. depradel in albo baccalaureorum
restituitur. de qua re non fuit deliberatum, ad tempus quo fiet deliberatio remissa est. Levacher proc
J G Hermitte ! J J Julien

Die sabbati januarii 4.° anno 1744. habitus sunt ven. nationis comitia in quibus lecta est epistola m.
chomel celeberrimae facultatis medicinae decani. tum audito regiis cursoribus, re in deliberationem missa
consuit ven. natio perquirendum esse, utrum arrestum quo absolvitur pensio facultati medicinae, sit absolutum,
an vero in hypothesi quod sufficiant reditus universitatis ad dictam pensionem: si arrestum est in
dicta hypothesi, intercedendum censet ven natio quominus medicis solvatur illa pensio. ita a me
cum ven ordine conclusum est. Levacher proc J G Hermitte ! J J Julien

Eadem die januarii 4.° habitus sunt deputatorum universitatis comitia apud ampl. rectorem
in quibus actum est de re m.r vignole qui pro beneficio postulat intervertionem universitatis paris. contra
gradatum tolosanum, 2.° de re m. fouquet qui pariter petit intervertionem universitatis privilegio magni nuntiatus

3.°

3.° de reductione fanonicatuum Capituli Brulgo de Briouda postulavi. Extractum promiserunt tum acceptatum impensas universitatis promisit. initum est, sed non perfectum. tum denique actum est de augmento novi magistratus nuntiatum. Levacher proc.

Die dominica februarii 2.° anno 1754. habita sunt ven. ordinis comitia in quibus rationem reddidi ven. ordini eorum omnium quæ tum versaliis, tum parisiis intra varias circumstantias oblationes facta sunt. Levacher proc. J.J. Fuller J.G. Lerminier

Die sabbati februarii 8.° Abbas celebratam missam pro requie animæ m.e francisci forget professoris emeriti. habita sunt ven. nationis comitia in quibus audito aquisitorum, et rejecta deliberationem in gremium summi recepit ven. natio m. petrum duval presbiterum rothomagensem. ita a me conclusum est. Levacher proc. J.J. Fuller J.G. Lerminier

Eadem die sabbati februarii 8.° habita sunt deputatorum universitatis comitia apud ampl. rectorem in corisopitensi. in quibus 1.° quinque supplicibus indultum est. 2.° actum est de re m.e fouquet de quo jam actum est. 3.° de rebus nisi mangin operum susceptoris hospitii universitatis. 4.° de capitulo de briouda in quo plurimi suppressi sunt canonicatus. 5.° de m.e vichard operum susceptore domus vicus sanjacobeus. Levacher proc.

Die jovis februarii 13.° habita sunt deputatorum universitatis comitia extraordinaria non prævisa. in quibus erogatæ est sportulæ, apud ampl. rectorem, in quibus actum et statutum est de summa pecuniæ m.e mangin pro refectione hospitii universitatis. tum munus ~~consilium~~ est commissum m.° le clamvarias operas domus vicus sanjacobeus examinandi, eorumq. pretium ad justum valorem redigendi et statuendi. Levacher proc.

Die sabbati februarii 15.° celebrata est missa solemnis dii natalis regis augustissimi. cui non adfuit meritis. Syndicus. Conquestus est m. fourneau coram ampl. rectore et procuratoribus se natquod non recepisset integram scribæ universitatis sportulam, statum conquestus postulavit ab ampl. rectore, qui li concessit illum. Levacher proc. J.G. Lerminier J.J. Fuller

Die martis februarii 25.° habita sunt in mathurinensi deputatorum universitatis comitia ad aperiendum rotulum pro more antiquo. in iis comitiis ~~habitis~~ m. fourneau legit arrestum omologationis conclusionis tribunalis acad. latæ die 3.° mensis augusti anni 1754. quo constituitur coadjutor m.e piat in munere scribæ universitatis, postulavitque conclusionem tribunalis acad. universitatis libro inscriberetur dicta omologatio. audito m.e le Heron Syndico censuerunt omnes excepto me ven. ordinis procuratore, inscribendam esse dictam omologationem. ita concluxit ampl. rector. actum est de locatione partis domus vicus sanjacobeus. Levacher proc.

Die sabbati mensis martii 1.° habita sunt menstrua ven. nationis comitia in quibus tres supplices steterunt prosequentes et scilicet Riminum Germanus Alais presbiter convictorensis m. quesnel presbiter sagiensis et Mollieux de Langle presbiter Croicensis, quos pro more solito in gremium summi recepit ven. ordo. deinde legi varias conclusiones ven. nationis. tum exposui quæ acta fuerunt in comitiis deputatorum universitatis, mensibus januario et februario habitis. quibus prorsus de tribus a ven. ordine dati laborum me audito aquisitorum ensore 1.° ven. ordini probato et scribæ universitatis sportulæ denegato a m.e le vat ven. ordinis quæstore scilicet primo facto m.e fourneau, voluitque denegandam esse sportulam iis e tribunali acad. qui ampl. rectorem non comitabuntur, id est fundatio m.e le sauvage quæ a tribunali acad. acceptata fuit 2.° procuratori. Hic munus committunt annotandi in comitiis universitatis deputatorum privilegium spe-

spe universitatis ut parisiis profectus Sacramentum prostet universitati Legum Amp. rectore
Di interessendumo spe quominus jure variis deputatorum universitatis Comitiis Extraordinariis etiam minimo praevisis, Progetus
Sportule, circa quae tria Capita a me cum ven ordine fuerunt Levacher pro.c.

Eadem die Sabbati mensis Martii 1.o habite sunt deputatorum Universitatis Comitia apud Amp. rectorem in foris ejusdem,
in quibus Sex Supplicibus indultum est. interessi quominus Progetus Sportule in Comitiis universitatis deputatorum
Extraordinariis etiam minima praevisis. Annotavi privilegium spe universitatis ut parisiis profectus Sacramentum prostet
universitati Coram Amp.l rectore. deinde Singulis procuratoribus ornatis. datus est liber Supplex juratorum magnorum
nuntiatuum, et Catthalogus nominum eorum qui stipendium aliquod pro capite regi pendunt, qui Catthalogus paratus datus est
Sapientiss. tum juriums, tum medicinae facultatum Decanis. praeterea m.r Mangin Supplii universitatis operum Susceptor
et alii opifices actui subscripserunt, quo constat nihil ipsis ab universitate deberi pro dicti Supplii integra restitutione
tandem ab universitatis deputatis simul et a m.r Richard domus vicae Sangiacobeae operum Susceptore actum subscriptum
est quo munus committitur m.r Camus universitatis Architecto, datae domus varia opera examinandi, et eorum
justum pretium constituendi. Levacher proc. JJ Mallet

Die Sabbati Mensis Martii D.o post missam pro regia anima m. le Saalrier habita sunt ven ordinis
Comitia in quibus retuli quae acta sunt in proxima habitis deputatorum universitatis Comitiis, tum lectus est
ab Equis. Censore liber Supplex juratorum magnorum Nuntiatuum. de nihilo deliberatum est. Levacher proc
JJ Mallet

Acta et Decreta Venerandae Normannorum Nationis iterum procuratore m.r Ludovico Antonio Levacher presbitero Ebroicensi Baccalaureo theologo praesentem Lustrum decurrente. à die vigesima secunda mensis martii. anno domini 1744.

Die Sabbati mensis martii 22.a anni 1744. habita sunt in Sacrario ven. nationis Comitia
procuratoria et quadrumviralia propter majorem hebdomadam anticipata, in quibus gratias Egi
venerando ordini quam potui maximas pro honore procuratorio quo me decoravit, postulavi ut
rata et grata haberent ven tribulo quaecumque gessi per totum meum magistratum, tum ut pro
more Solito me eligerent in quadrumvirum, ac tandem deliberarent de eligendo novo procuratore
ex ordine professorum quibus a me expositis et postulatis, verba fecit aequissimus Censor et dixit
Oriol. proc. ven. Tribulo, antequam audiantur Supplices, quaedam habeo vobis annotanda. Cum nullo statuto
scripto, ad cautum et quasi necessarium aguidi modum astringatur ven. ordo, id circo maxima tum in Suffragiis,
tum in deliberationibus libertate fruitur. hinc actionum regulam et normam non habet praeter temporum rerumque
ac personarum circumstantias, quas vos Singulis Comitiis ratione ducti determinant, ipsi tamen quidam apud
vos Successu temporum invaluerunt, quibus quantum fieri potest insistendum est, verum quam diu exigent
ipsi a statutis nemo vestrum ignorat. permittunt ipsi tam aguidi rationem eligere quam meliorem
demonstrant rerum ejus circumstantiae, non vero quam jubet nuda lex omnibus providendis Acribus impositis. Equidem
praesens ven ordini statutorum defectus. hinc est illo statutorum defectu, unde vera natio ad illustrissimos
magistratibus Sapientissima natio saepe saepius ducta fuit. stat ergo talis Sit vester ipsi, vestraque consultudo
et in electione magistratuum vestrorum Singulis annis alternis vicibus professores et baccalaurei eligantur
id tamen non ita sibi astringerunt patres nostri, ut non identidem numero procuratorio decorati fuerint viri
ex ordine professorum duobus, tribus, quatuor consequentibus annis. ipsum novos ad annuas electiones vocatos
se vocaverunt ut fuisset procuratorios tidum saepe non provocaverint. Sic m.r Padet ven ordini vere charissimo
cum ter nuntiatuum agentes, per tres continuos annos munus procuratorium obtinuit, Sic portio ex ordine
Baccalaureorum m.rs Boulanger, Sic mm. Monsle, Vadeloge, Couture idem munus procuratorium

prorogatum

prorogatum ad annum obtinuerunt. nec deest nobis nobilissimum exemplum in persona m. Brenet tum Baccalaurei theologi. justos ac potentissimos erant usum invertendi rationes. at si graves unquam celebrant hodie certe abuse rendere jubent longe gravioris momenta. res novae impositionis ab ornatiss. procuratoribus quasi prohibita, felicibus commotas, et tandem ad finem quasi perductas, tandem profuto virum sibi retinere videtur quem in hoc negotio versatissimum cognovistis. hanc sane laudem sibi vindicat ornat. procurator, ut cum suffragiorum libertate semper consuluerit, debitum rationibus vestris semper ac fidelissime moremo tenuerit. sua lega ven. ordinum obsequentissima voluntas, sua prorsus vestra atque rebus universitatis solers et indefessa cura non temnendos inimicos sibi citarunt, defendant ipsum ac tueantur fasces procuratorii. qua propter pro re ven. nationis portuto ut clariss. viro ludov. antonio levacher prorogentur fasces procuratorii, et antequam admittantur supplices deliberetur, utrum hisce in rerum circumstantiis expediat fasces procuratorios prorogare, audito exqui. censore, censuerunt omnes ne quidem uno reclamante prorogandos esse mihi procuratori fasces procuratorios michique prorogaverunt. rata et grata habuerunt quaecumque in toto meo magistratu hoque nomine mihi decreverunt litteras commendatitias, et praecipue supplicationem in quadruvirum elegerunt m. robertum des champs baccalaureum theologum. ita de omnibus legitimis actis conclusum est. levacher proc.

Eadem die sabbati martii 22do hora 10ma matutina habita sunt apud matturinenses praeclara facultatis comitia, in quibus recto ac fid. vices scribae universitatis libello supplici administratoribus confraternitatis carolinae procuratoribus ornat. oblato, quo scilicet postulant ut majorum nuntiaturum privilegia ad pristinum valorem reducantur. postulaverunt ampl. rector m. du laurent de labarre, et meliss syndicus d. m. le Roux ut singulae nationes deputatos nominarent qui dictum libellum supplicem examinent ac perpendant, ac de cetoris aequa deliberarent. ven. normannorum natio audito exqui. censore rata et grata habuit quaecumque gessit ampl. rector in suo trimestri magistratu, hoque nomine ei decrevit litteras commendatitias confirmavit in quadruvirum m. robertum des champs matutinis in comitiis electum, supplicibusque indulsit, exceptis iis qui postulant immunitatem ab onere scribendi codices philosophicos, nisi habeant et ostendant litteras sui professoris testimoniales quibus constet ejusdem suffragio ac studio onere immunes fiant. interjecto nomine ven. ordinis quominus ad supplicationem pro dicta immunitate supplices admittantur nisi prae manibus habeant professoris sui dictas litteras testimoniales. deputatos nominat ex ordine professorum m. brenet celeberrimum litteraeum professorem, et ex ordine baccalaureorum m. le Rat juridicum primarium nec non ven. ordinis quaestorem fidelissimum. nomine ven. ordinis requisivi ut meliss syndicus m. le Roux ad urbis parisiorum praefectum, ipsumque roget ut sacramentum fidelitatis praestare velit universitati. coram ampl. dd. rectore, cui prorogati sunt fasces rectorii, ad quos prorogandos et regendos cohors nationis circa praefectum urbis parisiorum confluerunt omnes pat. ven. natio, et deputatos appellarunt qui una cum meriss. syndico praefectum parisiis adeant ipsum rogaturi ut dictum sacramentum universitati praestare velit. cum ven. ordine conclusi, alias ita esse testor. levacher proc.

Die sabbati mensis aprilis 5ta habita sunt deputatorum universitatis comitia apud ampl. rectorem in consistorio in quibus quatuor supplicibus indultum est actum est de re m. de vignoles. lunae die hujus mensis 28. indicta est ut recipiantur tum accepto tum impensa pecunia rationes a fidelissimo universitatis quaestore m. samelin. haec ita esse testor. levacher proc.

Rationes quaestoris

Die Lunæ festo annuntiationis B.V. mensis aprilis 4to habita sunt ven. nationis comitia in Sacello Harcuriano, in quibus Legi Conclusiones a ven. ordine latas, et retuli quæ acta fuerunt in Comitiis deputatorum universitatis per mensem martium. Deinde quædam annotavit m. Louvel ven. nationis pro re nova impositionis patronus, quæ quidem ven. ordini probata sunt, sed circa quæ nihil absolute statutum est. Levachez prvc

Die martis mensis aprilis 2da habita sunt universitatis comitia Synodalia apud Mathurinenses, in quibus pro more solito laudati sunt beneficiarii qui Comitiis adfuerunt, et pœna academica mulctati sunt qui adfuerunt sine justa excusationis causa. Levachez prvc

Die Sabbati mensis aprilis 26to habita sunt in aula Collegii Harcuriani ven. nationis Comitia per schedulam convocata, in quibus post quàm plurima circà rationes fidel. universitatis quæstoris annotavit mr. Louvel ven. nationis tribulis et patronus, in deliberationem misi. 1o utrum Consentiat ven. ordo, die Lunæ data 28va mensis aprilis recipi rationes tum impensæ tum acceptæ universitatis pecuniæ, vel intercedat quominùs dicta die recipiantur, cum non ante mensem integrum, sed die duntaxat Sabbati hujus mensis 19na mihi datum fuerit computorum exemplar. 2o utrum placeat ven ordini, Sententiam unius cujusque universitatis deputati, Si dissentiat, ad marginem uniusujusque computorum articuli, et in singulis exemplaribus apponi. 3o utrùm postulandum sit ut ampl. rector, et fidel. universitatis Scriba, Scripto testentur unumquodque computorum exemplar collatum esse originali in area universitatis deposito. 4o varias annotationes a mo Louvel propositas. 5o utrum postulandum sit, ut in posterum ante diem 31am mensis januarii singulis tum IV. decanis, tum 00r. procuratoribus tradantur computorum exemplaria, quæ per mensem februarium, ordinum examini subjiciantur. 6o utrum velit ven. ordo recipi in posterum rationes fidel. universitatis quæstoris mense Martio ante electionem ampl. rectoris, pro more antiquo, de quibus omnibus audito aquisitore censore, placuit ven ordini. 1o hac vice non obstandum esse quominùs recipiantur data die 28va aprilis rationes fidel. universitatis quæstoris, ut potè quæ satis a ven. ordine in hisce comitiis examinatæ sunt. 2o Sententiam unius cujusque Universitatis deputati, Si dissentiat, ad marginem uniuscujusque computorum articuli et in singulis exemplaribus esse apponendam. 3o postulandum esse, ut ampl. rector, et fidel. universitatis Scriba, unumquodque computorum exemplar collatum originali in area Universitatis deposito, Scripto testentur. 4o approbavit ven. natio annotationes a mo Louvel propositas, et voluit ut justas dictas annotationes intercedat procurator suus ornatiss. tum tum rogavit ven ordo atque obtestatus est mr. Louvel, ut me procuratorem concomitari velit ad accipiendas universitatis rationes, varias sic annotatas explicaturus. 5o censuit postulandum esse et renovandum ut in posterum ante diem 31am mensis januarii singulis, tum IV. decanis, tum procuratoribus 00r. tradantur computorum exemplaria quæ per mensem februarium ordinum examini subjiciantur. 6o recipiendas esse in posterum rationes fidel. universitatis quæstoris mense martio ante electionem ampl. rectoris, pro more majorum. de quibus omnibus supra dictis capitibus cum ven ordine unanimibus sententiis a me conclusum est. Levachez prvc

Die Lunæ mensis aprilis 28va habita sunt comitia deputatorum universitatis cum eorum adjunctis apud ampl rectorem in loco pristino, ad expungendas fidel. universitatis quæstoris rationes. in iis comitiis ante initos computorum calculos legi conclusionem ven ordinis, tum varias propositi annotatas ven nationis in singulos computorum articulos annotata. Omnes universitatis deputati et eorum adjuncti auditas fidel. universitatis quæstoris rationes confecerunt et acceperunt. Ego verò, cum nulla proponendum habita fuit ratio conclusionis et annotationum ven. ordinis, nec me concomitatus est ut adjunctus m. Louvel ven. nationis tribulis et patronus, quem rogaverat ven natio ut mecum rationibus universitatis expungendis adesset, varias sic annotatas explicaturus, sed ipsius loco adfuit mr. Cahours, audivi quidem rationes computorum, sed intercessi nomine ven. ordinis quominus quæstore acceptæ fuerint, donec consentiat ipse ven ordo. Levachez prvc hæc ita ipse testor

+ Comitia +

+ Comitia Levacher prov.

Die Sabbati mensis maii 3.a habita sunt in Gazophylacio ven. nationis ordinaria, in quibus exposui quid a me procur. juxta mentem conclusionis latæ die 26.a ~~Aprilis~~ mensis aprilis ante comitia deputatorum universitatis cum pro redditione Computorum cum m.e Cahours actum est, et ab auditione dictarum universitatis rationum abstinuerit. Exposui me legisse conclusionem et annotata ven. nationis propugnasse in comitiis deputatorum universitatis nullam illorum propemodum rationem habitam fuisse, sed contra interpositionem meam viva voce factam dictas rationes fid.l universitatis quæstoris tum a Vectore ampl. tum ab universitatis deputatis approbatas ac subsignatas fuisse. Deo exemplari Computorum animadvertit ven. natio approbasse me Cahours procuratoris adjunctum quod improbandum ipsa decreverat. audito m.e Cahours et re in deliberationem missa, audito pariter aquis censore intercedente quin rationes fid.l universitatis quæstoris auditas die 28. aprilis tanquam confectas et acceptas habeantur, ven. natio aquis censori actum interpositionis conscriptum rationes fid.l universitatis quæstoris auditas die 28. aprilis mensis ultimo elapsi tanquam confectas et acceptas habeantur, quoniam declaravit ven. ordo nullum, irritum, et voto suo contrarium quidquid ad marginem Computorum exemplaris ven. ordinis propria a m.e Cahours appositum est. approbavit ven. natio quidquid a me ipsius nomine gestum ac præsertim interpositionem me confitentem dictas rationes auditas jussit ut de novo per apparitorem dicta ven. nationis interpositio denuntietur fid.bus primis universitatis Scribæ et quæstori, postea Supremo Senatui deferendas. dictavit me consulente est Levacher prov.

J.S. Wyttenbach J.W. Juellen

a cop.

Eadem die Sabbati Die mensis maii 9.a habita sunt deputatorum universitatis Comitia apud ampl. rectorem in Curia Legum. in quibus supplicibus indultum est, exceptis duobus qui litteras pedagogii aperiendi sub tutela universitatis postulabant, donec de eorum capacitate et moribus constaret, legit m.e Chamelin, ven. nationis interpositionem sibi significatam, observavit dictam interpositionem ad se non debuisse dirigi, sed ad varios ordines, qui Computorum scrutinium rationes audiverant conscripserant et acceptarant tum auditus est m.r le Noyer, cui commissum est munus rem Computorum contra ven. ordinem in Supremo Curia prosequendi. interpositi ego quominus rem dictam prosequatur m.r le Noyer Syndicus. et actum interpositionis postulavit, qui mihi concessus est postea actum est, de re m. Longueil, domo Collegii S.ti Michaelis, de Collegio vulgo de Grammont, de sacramento præstito nobis parisiensium de hospitio universitatis, de fundatione præmii a m.e Collet facta universitati, tandem de jure hæreditatis et venditionis in domum venalem m.r prevost de S.t Cir Sitam in dominio universitatis de quibus omnibus consuli possunt universitatis commentarii. Levacher prov.

a cop.

Die veneris mensis maii 9.a post missam S.ti Nicolai habita sunt ven. nationis comitia in quibus exposui juxta conclusionem a ven. ordine latam die 9.a maii significatam fuisse interpositionem ven. nationis, nemque fuisse a Actum Curatora Supremo Senatui delatam, nunc licere ven. ordini vocare in jus quos voluerit, tum postulavi quid in præsenti rerum statu sit agendum. re in deliberationem missa censuit nr de la rue Tribulis et in Supremo Senatu patronus, rem ad magistratus rite fuisse delatam, nec potuisse aliter deferri. itaque comprobare quidquid actum est, significandum esse arresto Supremo Curiæ cum vocatione partium in jus interea tamen ad obtinendam pacem inter singulos universitatis ordines invitandum esse ampl. rectorem ut ipso mediante singuli academici ordines de præsentibus controversiis velint per Seniores cognoscere. et novos deputatos eligere, qui cum deputatis a ven. ordine nominandis singulas ven. nationis postulata ad æquitatis leges præcise examinent et re per deputatos ad suos ordines relata, ea deliberationibus in quolibet ordine habendis faciliori possit unanimitatis et concordiæ fructus quo missa fiunt jurisdictio disceptationes, suæ utilitati tam decenter quam semel saltem pro futuro universitas ipsa consulat, audito aquis. censore sententiam m.r de la rue amplexus est ven. ordo et ita a me Conclusum est. Levacher prov.

J.S. Wyttenbach J.W. Juellen

Die mercurii mensis maii 21.a habitis sunt deputatorum universitatis comitia, eaque extraordinaria, in quibus
visis ampl. rector. singulis tum decanis superiorum facultatum, tum nationum procuratores a ven. ordine in jus
juridice vocato esse, visitis et deliberato quid authoritatis et potestatis concedere vultis merit. syndico ad rem
prosequendam in supremo curiæ, juxtas conclusionem latam in ultimo habitis comitiis vestris, re hoc modo in
deliberationem missa, postulavit mr. le febvre num mr. le clerc quidquam habuit dicendum. at verbo de abstinuit
mr. le clerc, ut pote qui in causam non fuerat a ven. ordine vocatus. itaque censuit mr. le febvre sacræ facultatis
prædecanus, antequam suam dicunt sententiam, rogandum esse ven. nationis procuratorem, ut e comitiis cederet
ne suffragiorum libertas impediretur. idem censuit mr. maslin juniun decanus viles gravis, multaque vagè et
indeterminatè observavit, quæ ad rem pertinere nullatenus videbantur. huic sententiæ quam amplexus est mr.
chomel medicinæ decanus addidit, non tantum censere se rogandum esse procuratorem normannicum, ut è
comitiis cederet, sed impossibile sibi videri pacis in universitate restitutionem, nisi ab ipsa universitate
rescindatur ven. natio, sese obtulit ad hanc rescindendam ven. nationis ab universitate secessionem. ut mr. febvre
idem proponendum censuerunt nationum procuratores. ego vero dixi. neminem vestrum latet, ven. nationem
tribunalis acad. judiciario foro non esse obnoxiam, jus ven nationis non minus ipsam universitatis structuram
quam cujusvis alterius academici ordinis, jurisve esse in quolibet foro, ut dum pars hinc litigans egrediatur,
illinc egrediatur pars inde litigans; quo circa non posse a comitiis cedere, quin et ipsi singuli in jus
a sua natione vocati e comitiis etiam egrediantur, quid equidem sententiam mr. chomel, cæterorum
ipse arbitror, quæ summum meretur contemptum, nullum vero responsum, postulaverunt omnes, ut
pro meo recessu concluderet ampl. rector. a quo concludendo sese constanter abstinuit. duricribus
et asperioribus verbis postulavit mr. chomel, ut concluderet ampl. rector, qui firmas vices monuit mr.
chomel, ut intra præscriptos obsequii limites remaneret, ac dixit se conquesturum de ipsius agendi ratione.
tum alteri vices pro suo munere requisivit mr. le clerc ut e comitiis cederemus, sin autem ipsum
ipse recessurum nisi concludat ampl. rector, sed ad locum et ad se reduxi, ven. nationis agendi rationem ab ovo
repetit et exposuit, non quidem in omnibus ut res est, longe plura alia verba fecit. tum requisivit ut singulæ
vocationum in jus exemplaria sibi traderentur, et sibi munus committatur obtinendi a magistratibus ut
prohibeant ne ven. natio sui decani, et procuratores ornat. in jus singulatim vocet, ut jam multoties factum est
rei in deliberationem missæ. censuerunt decani omnes jurisdictionis in jus vocationis exemplaria ipsi mr. le clerc
tradenda ipsique committendum munus sesitandi a magistratibus ut prohibeant, ne in posterum ven. ordo
in jus vocet singulatim singulos ordines. censuit mr. le doux honorandæ gallorum nationis procurator
et dixit quoniam viget usus ut superiorum facultatum decani, rite consultis ordinibus suffragia sua proferant,
ipsorum votis non interedo, sed a sententia dicenda me abstineo, usque dum gallicanam rationem
consuluerim, sed variis datis adductus est ut cum sui decanis suam dicerent sententiam. a dicenda
sententia abstinuit se mr. du prepoix fidei picardorum nationis procurator, donec rem suo ordini
retulerit. conclusionibus mr. le clerc pro more suo adhæsit procurator germanicus. et ita concluxit
ampl. rector. hæc ita esse testor. levacher ven. ord. procr.

Die veneris mensis maii 30.a habitis sunt in aula collegii harcuriani ven. nationis comitia pro
schismatum cæteris ordinem convocata, in quibus, lectis ven. nationis conclusionibus, relatu et exposui
quæ acta sunt in ultimo habitis deputatorum universitatis comitiis. tum in deliberationem missi
1.o utrum post conclusionem ven. ordinis latam die sabbati mensis julii 20.a, e comitiis rogatus egredi potuerim
aut debuerim. 2.o quid censeat ven. ordo de agendi ratione mr. chomel medicinæ decani, tum erga
ampl. rectorem, tum erga ven. ordinem. 3.o nomine plurimorum ac aliis nationibus virorum
multis virtutibus et amore pacis commendabilium postulavi, ut præcipuas postulatorum suorum

capita

Capita Scripto habiat ven. ordo, ut cum Cæteri ordines deputatos eligerint, possint ipsi tum ordini tum deputati cognoscere, non suum sed omnium ordinum bonum ven. nationi proponere, deq. Controversias omnes componere. 4° cum vel pacis vel litis negotia tractandi non una fere occurrat occasio postulavi, ut deputatos eligeret ven. ordo, qui rem prosequantur ac citò perficiant vel si ven. ordo rem per seipsum gerere velit, gratis habeantur Extraordinaria Comitia ad id negotii convocanda audito aequis. censore statuit ven. natio. 1° me non potuisse salvo ipsius jure è Comitiis excedere deputatorum universitatis excedere, non ipse ven. nationem, nec quemquam alium ordinum academicum judiciario tribunali academici fori obnoxium. 2° tumultuandum ipse omnibus agendi rationem m^r Chomel medicinæ decani in ultimis habitis tribunalis acad. Comitiis, nihil quo ipse contra ipsum movendum, donec de jure conquestus fuerit ampl. rector. 3° præcipue vero malis imprecatis postulata ex ordine primum lecta sunt, tum singula singulatim capita perpensa et examinata sunt, et pro ut scripto mihi tradita sunt, approbata. 4° denique anni præteriti deputatos elegit, qui rem vel pacis vel litis prosequantur et perficiant. statuit que gratis habenda ipse ven. nationis Comitia extraordinaria ad præsens negotium convocanda. de his quattuor capitibus a me cum ven. ordine unanimiter sententiante sententiis, ita conclusum est

Comitia extraordinaria gratis

J G Clermont! J J Bullet Syndic Levacher ven. ord. procs

a copier

Die Sabbati mensis junii 7.^a habita sunt ven. nationis Comitia ordinaria, in quibus exposuit ampl. rector eum ad se multos è variis nationibus viros hesternâ die iterum convocasse qui una cum illo quærerent media quæ conficiendæ paci aptiora viderentur, nunc palam ampl. rectore declarisse votum ven. nationis non ipse, ut de ejusmodi rebus sui deputati agant, nisi cum viris a suo quibusque ordini deputatis, et neque mihi, neque viris a ven. ordine vocatis ullam eâ de re traditam ipse protestatum, dixisse pariter cæteros ex aliis nationibus præsentes viros nullam quoque sibi a suis ordinibus potestatem de re eadem fuisse traditam, multa tamen ex unanimi cordium sensu fuisse inter colloquendum prolata atque hæc imprimis, optandum ipse, in quibus nunc versatur universitas rerum circumstantiis ut saltem ad martinalia quiescerent ac suspenderentur omnes controversiæ inter ven. ordinem et alios ordines exortæ, ita ut usque ad id tempus neque quemquam vocarent in jus ven. natio, neque a quoquam ipsa in jus vocaretur, quod quidem si fieret, atque tum a ven. ordine, cum a cæteris ordinibus conclusione duumeretur, maximum inde universitatis bonum, et maximam utilitatem oriturum ipse, postulasse m^r hamelin fidei universitatis quæstorem, ut si visum fuerit variis ordinibus controversias ita quiescere et suspendi, sibi daretur actus a ven. natione, quo conscriberet ven. ordo ut non obstante interfessione in ejus manibus facta de solvendis pecuniis quibusdam universitatis creditoribus, ea pecunias dictis creditoribus solverentur, usque ad dictum tempus, dictum ipse præterea optandum non minus fore ut et ven natio et alii academici ordines aliquem eligerent magistratum sagacitate et integritate commendabilem cui libellos suos memoriales de rebus omnibus controversis committerent, plenamque et absolutam potestatem darent controversias dirimendi juxta æquitatis leges et statuendi quidquid ipsi viderentur et justitiæ et æquitatis legibus consentaneum ita ut judicium ipsius venerarentur omnes ordines et amplectenterentur. his dictis in deliberationem missi. 1° utrum ven. ordo velit controversias inter se et alios ordines universitatis ortas quiescere et suspendi usque ad martinalia proxima. 2° utrum velit suum comedi m^r hamelin postulatum. 3° utrum eligendo dicto magistratui sub dictis conditionibus, consentiat.

Audita æquis. censore placuit ven. ordini 1° ut omnes omnino controversiæ

inter se et alios ordines ortas hactenus, circumstantias et dependentias quiescant usque ad martinalia
et suspendantur. 2° Cum ven. ordo non intercesserit in manibus m^e Jamelin fidel. universitatis quæstoris
quominus solvat creditoribus, sed tantum cum m^e jus vocaverit ut a Supremo Senatu prohibeatur ne pecunias
summas mutuo ad cursum sumptus, pensiones et emolumenta a variis ordinibus aut a Supremo Senatu non
sanctas solvat, cum præterea suspendi placeat vocationum in jus effectum, ideoque per ven. ordinem non obstat
quominus more solito et juxta leges universitatis solvere pergat fidel. universitatis quæstor hui presentis
conclusionis extractum tradetur ab ornat. ven. nationis procuratore, quod quidem utrumque caput a ven. natione
statutum ac decretum ita lege et non aliter, ut alii sex universitatis ordines conclusione desinant quamprimum
nihil a se quidquam apud Supremum Senatum movendum aut faciendum esse contra ven. nationem de dictis
omnibus controversiis usque ad diem martinalium dictam, itaque conclusio ornat. ven. nationis provenerit
tradatur, ita lege insuper, ut nunquam et nullo in casu nocere aut officere ven. nationi possit presens
conclusio, neque ex ea quisquam quidquam unquam inferre queat ven. nationis juribus in controversiis
quibuscumque adversetur. 3° de capite tertio ad alia comitia deliberandum remisit ven. natio. De his
omnibus, ita a me conclusum est. Levacher prov. J.J. Julien (?) J.G. Hebert (?)

x quod

~~Die sabbati ladem mensis Junii 7^a Scribæ sunt deputatorum universitatis ordinaria comitia quod~~
~~Amplissimum in Sorbonam, in quibus Supplicibus sua postulata concessa sunt, excepto uno scilicet de vexant~~
~~litteræ testimoniales mihi omni theologiæ sub m^e le fevre sacræ facultatis syndico et regis professore~~
~~Sacrarum Scripturarum~~
~~Deinde dicto die Jovis a m^e fournieau fidei universitatis scribæ vicem gerente trium postremorum~~
~~tribunalis academicis comitiorum conclusionis, in quorum primo suffragium meum tot querelibus~~
~~propemodum infamis dictis deformaverat, ut vix ea potuerim agnoscere quæ a me ipso prolata~~
~~fuerant. quatuor cum quod tot minutissimis mihi ridiculis affingunt dictis propugnavit illo primum~~
~~de meo nihil efficiens suffragio, quod vel ex verbis meis, vel ex ven. nationis conclusione non~~
~~collegisset. sibi visus plaudebat, et præclarum ipsius laudem imaginabatur factum in commentariis~~
~~universitatis suffragio meo additum et promulgatum in futuri pertinacitas volebat, quin imo~~
~~contendebat, nec meum ipse agnoscere, nec scio ipse si agnoscerem, quæ me dicta sunt vel non~~
~~Sed aliorum ipse universitatis deputatorum judicium et statuere quid ipsa diceremus, ideoque~~
~~postulavit, ut dum cæteri deputati perpenderent, judicarent, et statuerent quæ postulavimus, nisi cum~~
~~ipso e comitiis exiremus. Sed deputati sanioris consilii et capitis, vicissim, non vero postulata~~
~~indulserunt. Ille vero stans ac irascenti simillimus, dignum est, inquit, et acerbum, non~~
~~omnino infamem virum, nec sine, nec numquam tenere quæ vel præsens, vel fecit. Consolentis~~
~~illius viri linguam et sermones istiusmodi debere judicavi, testes fui eorum quæ modo legerat~~
~~ab decanus et procuratores ornat; ibi ille vero postulavi præmissa conclusionis qualemcumque cum~~
~~legerat extractum et illos nullam sibi fore ait, inquit, quidquam a me postulandi, non cum~~
~~ven nationis libellum statutum ab ampl. rectores postulavi, ut jubebat ipse, postulatum annuit~~
~~mihi tradi conclusionis extractum a dd. decanus et fournieau postulata et accepta conclusionem~~
~~iterum legendi licentiam legit ac relegit, inutilia et infamia declarit, abiit cessavit locavit emendavit~~
~~usque dum nihil omnino infamium et veritati contrarium in dicta conclusione occurrebat in tot~~
~~ac tam multis et malitiosis magia quam inadvertentia et memoriæ defectu errare m^e fournieau~~
~~facile credidissem verum cum secundum et ultimum tribunalis academici conclusionis~~
~~legit tam depravatas tam corruptas et tam male ordinatas ipsa sunt tum ampl. rectoris, tum~~
~~multis syndici dicta, tum deputatorum universitatis suffragia, ut neque a dd. decanis neque~~

Le recit cy dessus et de l'autre part a été par moy Greffier soussigné rayé et biffé en consequence de l'avis de la cour du sept des presens mois et an rendu entre les fournieau Rapporteur les Levacher et la nation de Normandie intervenante d'autre part fait au greffe criminel de la cour le dix sept septembre mil sept cent cinquante cinq. Lebreton

praecuratoribus erunt agnosci potuerint. longissimum temporis spatium in corrigendis et
emendandis conclusionibus insumptum est, ita ut non potuerimus non mirari et conqueri quod
munus e viris omni virtutum genere praeclaris hac tempestate fortunam malo hodie
geratur, cum praesertim in universitate viri sint nec pauci, plures qui hoc munus non minore
dignitate et integritate quam sagacitate jamdudum dubio procul gesserint et valerent.
postea ampl. rector Supplicationum dies est dicta, in mercurii diem junii 18am. Subsequam
Elegit ampl. rector Deo Sacram Sub invocatione St. Ligi et Aegidii. unanimi deputatorum
suffragio rogatus est ampl. rector dies Concertationum pro praemiis universitatis figere a
determinare, atque omnia componere quae ad dictas Concertationes attinerent.
his peractis, mr le Neveu in mensa negotiorum actum approbavit, quo Syndicii magistratum
abdicabat. ampl. rector, et Caeteri universitatis deputati ipsum m. le Neveu hortati rogarunt
ut suum magistratum non abdicaret. haec ita esse testor. Levacher pro

Die mercurii 11a junii habita Sunt deputatorum Universitatis Extraordinaria Comitia apud
ampl. rectorem in Scholis superioribus, in quibus dixit ampl. rector, se praemanibus habere jurisdictionis
actum quo a Syndicatu abdicat se mr le Neveu, et Epistolam qua gratias agit quam plenissimas
amplissimae universitati, suis deputatis ac praesertim ampl. rectori. Jussit ampl. rector jurisdictionis
actum legi a mo Fournieau Scriba fideli. vices gerenti, tum legit ipse ampl. rector dictam gratiarum
actionis Epistolam mi le Neveu, quibus peractis, in deliberationem misit ampl. rector. 1o actum
nominandi esset deputati qui gratias referrent mr le Neveu pro bonis officiis quae universitati
praestitit. 2o postulavit ut officia Syndicatus adimpleret mr hamelin, usque dum novus eligeretur
Syndicus. 3o ut ad novi Syndicii Electionem procederetur. vaba fecit mr hamelin Syndicii officio
fungens et dixit, neminem latere quantae sint animi dotes mgi le Neveu, ipsum universitati
plurima praestitisse officia, neminem tandem, nisi vere meritis prorsus invisos judices,
ignorare posse quantis beneficiis universitatem mr le Neveu devincire debeat universitas,
hanc habuit mr hamelin unanimi omnium suffragio rogatus, ut officia Syndici fungeretur.
quo audito. Cessuit mr le fevre Syndicatum non vacare, nisi post acceptum abdicationis mis actum
ideoque deputandos esse viros, qui rogarent mr le Neveu ut a Syndicatu se non abdicaret, spatium
restitui mensis ipsi esse concedendum, ut omnino perpenderet examinaret, ac tandem absolute
statueret, circa dictum abdicationis actum, nequidquam inconsulto Egisse Gravem Negotio
Egisse videretur. huic Sententiae annuerunt omnes Caeteri deputati. Ego vero abdicationis
actum accepi, ne aliquam novam mr le Neveu molestiam afferrem. quantumvis ad primum
deliberationis caput, Consilii Secundum esse ne major esset ad mr le Neveu deputatio, quam ad
Supremum Senatum facta est. ad Electionem novi Syndicii, jamjam processurus eram
cum a Sententia dicenda prohibitus sum, eo quod circa hoc caput Conclusionis non
sumpserat mr hamelin, tum idem mr hamelin dixit se praemium attulisse Sportularum
et requisivit ut juxta veterum Conclusionem pro praesentibus Comitiis Sportulae erogarentur
ut pote quae Comitia minime praevisa erant. de quibus omnibus ab amp. rectore
Conclusum est. haec ita esse testor. Levacher pro

Die jovis junii 19a habita Sunt deputatorum Universitatis Extraordinaria Comitia,
in quibus. dixit ampl. rector, m. le Neveu omnino a Syndicatu abdicare se, ideo ut
in

in deliberationem misit, electionem novi universitatis Syndici. tunc verba fecit mr Gamelin Syndicus
officio fungens, et dixit, in Summo gradu cumulatos mros Hebreum omnes dotes et qualitates in Bono
ac perfecto Syndico requisitas, nimirum animi firmitatem, constantiam, sagacitatem, rerum academicarum
experientiam, et alias bene multas Gis ejusmodi qualitates, easdem se videre in viro Clarissimo
du Laurent de la Barre ampl. rectore, quem ipso pro re academica, nihil perfunctorie agi, quominus
in novissima universitatis Syndicum eligeretur ampl. rector. unanimi omnium suffragio electus est
ampl. rector in Syndicum, ab aliis deputatis quidem in perpetuum, a me vero ad tres tantum annos.
gratias egit ampl. rector dd. deputatis omnibus, quod ipsum in Syndicum elegissent, sed dictum
magistratum in se noluit suscipere. de nova et alia Syndici electione, instituta est deliberatio,
interea, quominus ad plusquam tres annos eligeretur Syndicus, obstitimus ego cum proc. fidel. nationis
eorum ne universitatis bonum, sic ita foret Syndici electio. audito mr Gamelin vices Syndici
gerente, a quinque deputatis nimirum mtr. le Febvre Sacræ facultatis Syndico, et aliis dd. decanis, viris
cum procuratoribus tum gall. nationis, tum germanicæ, electus est mr Guerin celeberrimus
eloquentiæ professor in Mazarineo; ego vero, et fidel. ordinis procurator primo nominavimus
virum clarissimum mrum vallée celeberrimum philosophiæ professorem in sardinalitio, at postea
ad sententiam dd. decanorum redii fidel. ordinis procurator. ego etiam suffragium dedi in
tres tantum annos viro clarissimo mr Guerin celeberrimo eloquentiæ professore in mazarineo,
Sportulæ quoque erogatæ sunt quarum interessorem quominus distribuerentur, actum intercessionis
postulavi, et sportulam recusavi. concessit ampl. rector. postea exposita est liber memorialis
operum in hospitio universitatis confectorum, pro quibus postulat dd. Dagueseau impensis
universitatis officibus solvi summam circiter librarum sex millium libellarum. dicta summa ab
architalis tum universitatis tum dd. Dagueseau redacta est ad sexcentas cum nonaginta et septem
supra mille libellas, de qua reductione proponenda dd. Dagueseau cum quadam cautione, deputati
nominati sunt mtri Chionel celeberrimæ facultatis, et Guerin Syndicus, et Gamelin quæstor.
quibus peractis ad matutinas processimus universitatis deputati cum ampl. rectore, novum
Syndicum confirmaturi, et ab ipso sacramentum recepturi intra manus ampl. rectoris, ibi
ipsa sacramentum præstitit ampl. rectori mr Guerin, qui in Syndicum ab unoquoque
nostrum confirmatus est eo modo, quo electus fuerat. concessit ampl. rector. hæc ita sunt
Levacher proc.

Die lunæ mensis junii 23.ª habita sunt in Justitiano venerandæ nationis comitia
et quadrumviralia, in quibus post quam bene precatum est pro piis manibus mri Joannis de Rouen
audito aquis cursore unanimi omnium suffragio in quadrumvirum electus est mr Heberb
celeberrimus in Lexovæo professor. et ita a me conclusum est Levacher proc. J. G. Hyacinthe
postea exposui qua in tribus ultimis deputationum universitatis comitiis tum ordinariis, tum
extraordinariis acta sunt. quædam observavit mr Louvel ven. nationis tribulis et patronus
de quibus deliberandum remisimus ad vectoria comitia. Levacher proc. J. G. Hyacinthe
J. J. Mullier

Eadem die lunæ hora decima matutina apud mathurinenses habita sunt comitia
vectoria in quibus præhabitis orationibus tum ampl. rectoris, tum mri Guerin in Syndicum
nupe

nupero electi, auditis que Supplicibus, in deliberationem misit ampl. rector, utrum Singulae nationes Supplicibus indulgerent, confirmarent quattuor viros matutinis horis electos et postulavit ut rata et grata haberent quaecumque gesit in suo trimestri magistratu eoque nomine ei decernerent litteras commendatitias: facta nationum suffragiorum more solito, in deliberationem misit 1.° utrum Supplicibus indulgeat ven. natio. 2.° utrum confirmet in quadrumviratum m. hebert matutinis horis electum. 3.° utrum rata et grata habeat, quaecumque gesit ampl. rector in suo trimestri magistratu eoque nomine ei decernat litteras commendatitias. 4.° utrum approbet interregis nominationem ne syndicatus conferatur plus quam ad triennium. 5.° postulavit quid sentiret ven. ordo de modo quo mi fourneau suffragia in commentariis universitatis vult inscribere, de quo matutinis horis retuleram. 6.° utrum approbet interregis nominationem ne in tribunalibus academicis comitiis extraordinariis sportulae erogentur, his a me in deliberationem missis, verba fecit aequiss. censor, et dixit. Senat. proc. Sap. decano, ven. tribules per me non obstare pro re ven. nationis quominus Supplicibus indulgeatis, recipiendos tamen censeo duos quibus desunt litterae testimoniales sui professoris, et cum postulet additionem praenominis Mariae, nisi constet testimonio professoris, ipsum ipsa eundem qui ipsoa professorem audivit. nullam moram affero quominus confirmetis m. hebert in quadrumviratum. ~~per me non obstat quominus rata et grata habeatis quaecumque gesta sunt in trimestri magistratu ampl rectoris~~ tamen censeo quae pertinent ad praesentes controversias universitatis ~~conqueror enim quod ampl rector ven. nationem extraneum ad munus deputatus~~ subjecerit judicandam deliberationi instituendo de interregis nominibus ven. nationis ~~nominem factam. conqueror quod rationes universitatis adductas die 28.a aprilis~~ ultimo elapso tanquam confectas subrignaverit ampl rector suis apparitoribus marginali annotationem, et mandatum interregis ven nationis; contra usus universitatis. conqueror quod tribunal extraordinarium convocaverit ampl rector in quo contra interregis nominationem ven. rectoris in deliberationem mittit quamnon partes amplectentur universitatis circa controversias inter singulos ordines motas, de quibus universitas in jus vocata non fuit. conqueror quod bonam et pacificam ven. nationis mentem exponentem in conclusione lata die 9.a maii et inter eamus dom. rectoris statum bipartitum ordinum singulis ordinibus prout invitabatur et primo rectorem ort, ord privatim tantum nullam mentionem habentibus commemoraverit, quod alteram conclusionem latam die 7.a junii grata voluntas ejusdem dni. rectoris quas offert et promittit ven. natio ultimo suspensionem, si ad eam componere velint certis ordinibus non nisi in tribunalibus comitiis authoritate rectoria patefecerit. conqueror quod universitati congregatae antea supplicationes ne verbum quidem fecerit aut de lata inter singulos ordines mota, aut de pace oblata, quasi vero illa non omnes ordines ad quorum tantum spectaret praeterita pro nihilo interregis nominis

mi

Le conclusion ci contre et de l'autre part, a été par moy Greffier Soussigné expédiée et Collationnée en expédition du Greffe rendu conforme à la Loy du présent mois ou le Sr Dumesnil et les Sr Chevaliers de la Garde de Normandie Die vingt deux Avril mil sept cent soixante dix Lebreton

[illegible] triennium Consulatus Syndicatus lojus perpetuitas nulla lege sed abusu retinetur
[illegible] Consul fortasse de eo re ab universi procuratores postulato ut mandetur m[r]
[illegible] fidelissimi scribae vicissim fideliter adimpleat postulo insuper ut hortetur venerandi praetores
[illegible] universitatis, ut cum universitatis pecuniis administret, vana superfluaque impensa ipso non
[illegible] decernat. Cum necessario scindi impossibilitatem ubique praedicat interdo quae nunc bene solato habeatur
[illegible] quidquid in tribunalibus extraordinariis civilibus et conjunctis universitatis quaestor. regendas Consul singulos
[illegible] ordines ut praesentibus contraversis, causasque ipsorum judicibus velint per se ipsos cognoscere improbo
[illegible] quod vix mediocrium inconmodis nationibus et civibus nostro ministerio censoris propositorum fortasse fuerit,
[illegible] non interdo tamen pacis et concordiae causa eis quae hucusque gesta sunt, ea lege ut in posterum
[illegible] sibi quovis praetextu in nominationem praeunque sit non per solos praesidentes, sed per deputatos ea utroque
[illegible] ordine eligendos nomine nationum tractetur postulo tandem ut ultimum nationis quodcunque sit in tabulis
[illegible] universitatis perjuri singulorum ordinum audito aequi. censore confessionibus ab ipso sumptis
[illegible] adscribi non patio, bibliothecae paucis duntaxat exceptis qui silendum censuerunt, ad alia tamen comitia
[illegible] deliberandum remisit ven. natio de re nunciatum de qua verbo ferrent aequi censores et ita res
[illegible] conclusum est. Levacher proc. Dum supra deliberatio haberetur per apparitorem annunciatus
est fidel. picardorum nationis deputatus vir clarissimus m[r] vallée celeberrimus philosophiae professor
in cardinalitio, qui sibi ad dextram meam supra decanum, nomine suae nationis postulavit, utram
censuit ven. natio sacramentum praelaraе artium facultati ipse praestandum a merit. novo syndico.
quem dominum deputatum cum honoris causa reduxissent e ven. ordine quidam, audito aequi.
censore censuit ven. natio sacramentum praelaraе artium facultati a novo syndico ipse praestandum
praeterea postulandum a fidel. ordine, utrum vellet in perpetuum vel ad tempus eligi syndicum
nominavit que aequi. censorem qui haec ad fidel. nationem referret et ita omnes concesserunt
est Levacher proc. retulit postea idem vir clariss. m[r] vallée cum eodem honore excepto,
silere nunc fidel ordinem de perpetuitate syndicatus. Singulae nationes regressae per
procuratores suos retulerunt. Scilicet honor. gallor. natio indulgere se omnibus supplicibus
a se consiliariis quadrumvirum matutinis horis electum, ratas et gratas habere si quaecunque
ipsi impl. orator in suo trimestri magistratu eoque nomine ei decernere litteras commendatitias
quam possent honorificentissimas, postulavit que ut in commentariis universitatis inserib curetur
elegantiss. syndici oratio. fidel. ordo idem censuit quo ad tria tantum priora capita, postulavit que
ut sacramentum praest praelaraе artium facultati meritiss. syndicus. Ven. natio nis nomine ipsa
ea retuli quo modo statuerat ipsa ut supra. Constantissima natio eadem, ut credere est, censuit ac
honor., sed quia non bene audita sunt exurgente tunc tumultu procedentibus in medium fidel. quaestore et m[r]
fourneau tunc m[r] hamelin conquestus est et actum postulavit, quod ipsum portarelur venerando ut rem
universitatis pecuniariam pariis administret, quasi non parce administraverit, et petiit ut indicaret sive
ven. natio, sive m[r] Levacher in quo non parce administraverit, in quo vana ac superflua impensa ipse
provocaverit, aliaque bene multa parum reverenter, ut mos, ut ajebat, arguret fabi, protulit. quamvis nec
natio nec procurator sui suffragii ullam rationem officiariis debeat, cum tamen ipse ego nomine
meo interpellatus fuerim, nobili praelaraе artium facultatem ignorare in comitiis tribunalis
meo nomine

academiæ extraordinarius erogari sportulas contrà deliberationem antiàs latam, et specialiter ipsum quæstorem die 11ª hujus mensis junii vices syndici gerentem, requisisse ut deliberaretur an erogandæ essent sportulæ, ipsum erogandis renuisse pro re acad. non morantem, hæc ipsa quæ ad ven. ordinem retuli pariter mr fourneau conquestus est quod moneret cum normarias procuratoris nomine suæ nationis ut suus fidelissimi scribæ † fideliter adimpleret, quod ipsum infidelitatis et falsi argueret, tum ipse ven. natio tum ipsius procurator actum injuriæ quam sibi illatam judicat, postulavit, ac sui ipsius oblatus, ven. nationis et præclaræ artium facultatis oblatus, varios tum in me tum in ven. ordinem protulit silentio tandem facto stupens ego quod in procuratorem, in ordinis principem tam protervè insurgeret scribo, non ipsi sinæ † jurè intercellanti, sinè causa loquenti, sed stupenti ipsi præclaræ artium facultati exponi ipsum magistr. fourneau ego ordinarii deputatorum universitatis comitiis, suffragium meum legisse totque abhinc annos propemodum insanis dictis deformatum, ut vix † protervum agnoscere, quæ protulerat ipse, jam coram præclaræ artium facultate ad verbum referre incœperam, cum procuratorem loquentem interrupit, res insolita sane in universitate, interrupit inquam ampl. rector, ut resumeret suffragia singularum nationum, et actus postulatos concederet mr fourneau et fidel. quæstori adversus unam nationem relato ven. nationis suffragio adjecit ampl. rector, se duobus præsertim capitibus conqueri ven. nationem, scilicet quod contrà interdictionem illius ordinis subsignaput computus, et quod nondum communicasset ordinibus, ven. nationis conclusione. quod primum, sex suis suffragia approbantibus, unum vero interdixisse, non potuisse se non concludere cum majori numero sibi persuasum haberi quo ad alterum dixisse se mihi ven. nationis procuratori has conclusiones non posse communicari nisi post hoc comitia, tum mr guerin syndicus dixit, quamvis paratus ipse ad præstandum sacramentum, nisi tamen prohibetur prædecessores illud præstitisse nunquam se fore præstaturum. deinde ad electionem ampl. rectoris processerunt quatuor viri, qui prorogatis fascibus rectoris clariss. viro mr Laurent de la Barre mox reversi sunt: tum in deliberationem misit ampl. rector 1º confirmatio num prorogationis fascium rectoriorum. 2º utrum sacramentum exigeret præclaræ artium facultas a novo syndico. 3º de tradendo † suffragio ven. nationis juxta postulata tum ipsius ampl. rectoris, tum mgrum hamelin et fourneau dimissis ordinibus ad deliberandum audito æquis. censore, ven natio confirmavit electionem viri clariss. mri de la Barre in ampl. rectorem. 2º cum postulet ipsa ven. ordo ut in commentariis universitatis inscribatur suum suffragium, eum in finem tradendum esse ampl. rectori, post quam ab ipso ampl. rectore subsignatum in commentariis suis inscriptum fuerit insuper respondendum ampl. rectori inter multa conquestum esse ven. ordinem, non quod de præsentibus controversiis fecerit, sed quod universitatem

congregatis

Congregatæ Comitiones ven. nationis aut non communicaverit aut communicare distulerit, declarandum
præclaræ artium facultati, interdicendi nationi meæ acceptæ et confectos habeantur rationes quæstoris, propter vanas
& superfluas impensas quas inter cæteros arguit, liceat fortari quæstorum, ut pariis administret, donec pariter
illam administrasse judicaverit Supremus Senatus, & præsentium jus illud competere cum ipso quæstor Syndicii vices
agens requisivit ut rogarentur sportulæ pro tribunalis academici comitiis quæ tum extra ordinem habebantur.
Denique ea ipsa ipse referendo quæ matutinis horis de m.o fourneau retuleram et ita ame conclusum est
postea regressa natione per suos procuratores retulerunt confirmare & prorogationem sessionum rectoriorum
clarissimi viri m.i Du Laurent: præterea inter cætera honor et constantiss. nationis circa Syndicii sacramentum
standum esse usui antiquo, et suffragium ven. nationis intra manus ampl. rectoris se deponendum. fidelis picardorum
natio intercepit ne m.r Guerin Syndicii munere fungatur donec sacramentum præclaræ artium facultati
præstiterit, graviter monuit generales universitatis officiarios, ut in majori decimo honore habeant ornatiss.
procuratores. Ego ven. nationis procur. votum nationis exposui et adimpleti. tunc m.r Hamelin fidel. universitatis
quæstor quædam verba fecit, quæ pro majori distantia et tumultu audire non potui. m.r fourneau novorum
autem relationis a me facta postulavit, et ut pariter intra manus ampl. rectoris deponeretur elegans et exegebat
mea relatio. honorandæ et constantissimæ nationum suffragia resumpsit ampl. rector, maximamque
partum suffragii fidelis. ordinis, sed gravem ipsius monitionem, sic aut similibus verbis reddidit, precatus fidel.
ordo officiarios generales universitatis ut solito honore prosequantur procuratores ornatiss. quapropter ornat.
picardiæ procurator suam sententiam sic resumpsit amp.e rector pace tua dixerim, non precatur fidel. ordo
sed, quod multum discrepat graviter monet generales universitatis officiarios ut in majori decimo
honore ac reverentia habeant ornat. procuratores. tunc sic ampl.us rector postulat fidel. ordo ut officiarii
generales universitatis honore prosequantur procuratores ornat. gravi fidel. ordinis monitioni silentio
subscripserunt officiarii generales, plaudere quæ visa est præclaræ artium facultas. de his omnibus
ad ampl. rectorem conclusum est. hæc ita sunt. Levachez procr.

J.J. Guillon Ingout

Die Sabbati mensis junii 28.a habita sunt in aula collegii Harcuriani ven.e nationis comitia quæstoria
per schedulam convocata, in quibus pro more solito indeliberationem missi electionem fidelis ven. nationis
quæstoris, ad cujus expungendas rationes designavi ex ordine professorum m.gr.um Ingou celeberrimum
humanitatis professorem in Sorbona plesæo, et m.um Gebert celeberrimum in Lexovio professorem
et ex ordine Baccalaureorum mm. Egidium Louvel et Semillard. ad tentandas vices in actibus
Candidatorum pariter designavi ex ordine professorum m.um Apelin de Vaulegeard celeberrimum
humanitatis professorem in Harcurio, ex ordine vero Baccalaureorum m.gros Becquet
rothomagensem, Dorne et pelevey. audito æquis. censore gratias egit ven. natio m.o le Roi
fidel ven. nationis quæstori cique munus idem unanimi omnium suffragio prorogatum voluit,
et octo viri a me designati unanimi pariter voce electi sunt et ita conclusi. Deinde lecta et
recognita sunt quæ in ultimis præclaræ artium facultatis apud Mathurinenses habitis die 23.a
Comitiis acta sunt. tunc m.r Nicolaus Louvel in grassineo professor, non prius postulato
ante ordinem dicendi licentia, intercessit quominus nomine et impensis ven. nationis
sustineretur lis de quâ nondum ulla erat quæstio, actum sua intercessionis postulavit,
tum e Comitiis exiit, sequentibus et idem postulantibus magistris Hermitte ven. nationis
decano et professore emerito, viri celeberrimo humanitatis professore in Harcurio,
Morin celeberrimo in Cardinalitio professore emerito, qui omnes silentium rerebus
propositis quæsierunt apud Mathurinenses. quibus dictis et expositis, in deliberationem
missi

1°. utrum agnosceret ven. natio, tanquam proprium suum Suffragium, et ratum gratumque
haberet, quidquid a me gestum est. 2°. utrum mittendam censeret ad ampl. rectorem
relationem præcedentium præclarae artium facultatis comitiorum. 3°. quid statueret
de iis quæ tum ab ampl. rectore, tum a fidel. universitatis quæstore, et a m°
fourneau gesta sunt in ultimis dictis comitiis. 4°. utrum liceret mihi
nomine ven. ordinis a m°. fourneau juridice postulare latractum trium
conclusionum quas legerat et correxerat in ultimis junii ordinariis comitiis deputati.
Audito æquis. censore unanimi consensu, suffragium suum in iis quæ a
me gesta sunt et dicta agnovit ven. natio, ratoque et grato habuit quæcumque
gesta tum ante tum intra tum post præclaræ artium facultatis dicta die 28 Junii
comitia. 2°. placuit per me decerni ampl. rectorem, relationem a me modo
factam et recognitam veritati consentaneam, eorum quæ in dictis præclaræ artium
facultatis comitiis acta sunt; postulandum esse ab ampl. rectore, ut dictam
relationem a me acceptam Se Scripto tradendo testatur, cuique
rogandum ampl. rectorem, ut authoritate sua jubeat commentariis inscribi
universitatis inscribi unius cujusque nationis suffragia in dictis comitiis hac
3°. vehementer improbatum est, quidquid ab ampl. rectore, præter jus et
consuetudinem gestum est, graviterque increpavit ven. natio agendi ratio nem
quam in dictis comitiis habuerunt mm. Hamelin et fourneau, atque mihi
procuratori commissum est, ut in brevi oratione in comitiis octo vir alibus
proximo mense augusto quid mature inquis habendis exponam, quot et
quam graves querendi causas habeat ven. ordo. 4°. mihi licitum factum
est, trium conclusionum a tribunali academico correctarum et emendatarum
latractum postulare a m°. fourneau. Id opera pretium mihi videretur
de intercessione facta a m°. nicolao louvel, ipsius quæ intercessionis acta
postulato deliberatio ad alia comitia remissa est et ita a me unanimi omnium
consensu conclusum est. Levacher prev. J. J. Vallin Ingoust. Rd

Die mercurii mensis julii secundo habita sunt in Gazophylacio ven. natio nis
comitia per schedulam convocata, in quibus exponi magister louvel
Hermitte, viol, ellorin et fabours instrumentum suæ intercessionis
quominus his intendendo nomine et impensis ven. nationis scolastici recte
fuisse mihi juridice significatum; nunc ipsa mihi licitum a m°. fourneau
intendi; ab ipso m°. fourneau factum fuisse juridicam postulationem
ut duo instrumenta, nimirum ven. ordinis conclusionem et factum a me pro
relatum, intra ampl. rectoris manus statim deponerentur; ipsum
postulasse et fuisse assecutum a supremo senatu [illegible] arrestum,
quo statutum ac præcipitur ut duo dicta instrumenta, intra manus
scribæ criminum in supremo lavio deponerentur; ipsum etiam
juridice

juridicu michi Significari curaspe, ut intra viginti quatuor horas dicta instrumenta deponerentur, à me vero in Supremo
vinata Curia procuratorum fuispe Comminiscum, qui integrum arrestu extractum a procuratore m.i fourneau juridico nomine meo
postulandum curaret, atque etiam nomine interesset quominus dictum arrestum Suprema Curia sortiretur effectum, et
me ampl.o vectori tradidispe extractum è commentariis ven. nationis, eorum omnium quae in praelatae artium
facultatis comitiis acta sunt apud matheusinenses; ipsum ampl. vectorem dictum extractum ad scribae vicem
gerentem misispe, cujus ad me scriptum remisit, quo constat è ipsum ampl. vectorem et m. fourneau dictum
è commentariis nostris extractum recepisse. quibus a me relatis, id unum in deliberationem misi, quid scilicet in
his rerum circumstantiis agendum foret ven. natio. tum verbo fecit acquisitor et dixit censpe si ad
tria capita post revocari praesentes ven.tae nationis deliberationem. 1.° utrum juxta intersignum dictorum
professorum, lis sustineri deberet nomine et impensis ornat. procuratoris, vel nomine et impensis ven.ae
nationis. 2.° utrum quidam nominandi forent a ven. ordine deputati, qui una cum procuratore ornat.
litem intentatam a m.e fourneau, nomine et impensis ven. nationis sustinerent ac defenderent. 3.° utrum haec
prasens deliberatio quamprimum commentariis nostris inscribi deberet, antequam altera facta fuerit ejusdem
rei. Si audito acquisitore censore, placuit ven. ordini, non posse salvo ven.ae nationis honore, tutaque
tribulium conscientia litem nomine et impensis ornat. procuratoris sustineri ac defendi, quippe qui nihil
nisi votum et suffragium ven. ordinis adimpleverit ac retulerit. 2.° ad hanc litem sustinendam et
defendendam eosdem deputatos elegit, quos anno praeterito pro re nova Censpio elegerat. 3.° statuit quam
primum inscribendam esse commentariis suis praesentem conclusionem, ne forte brevi tempore necessaria
fiat. de his omnibus unanimi omnium suffragio a me conclusum est. Levacher proc
exceptis quinque interadentibus ut supra. J.H. Julien Ingout

Die veneris mensis julii 4.° hujus sunt in Gazophylacio ven. nationis comitia, in quibus lecta sunt
et approbata duae praecedentis ven. ordinis conclusiones, deinde exposui nos una cum s.r decano, et
quatuor virorum computoribus scrupulo examinasse et accepisse fidel. ven. nationis quaestoris computorum
rationes, in quibus nihil nisi accuratissimum a nobis fuit deprehensum. Summa totalis acceptae
pecuniae est 7174.tt 17 ß 6 d. impensae vero pecuniae Summa est. 4519.tt 8 ß 9 d nobis
ergo superest pecuniae Summa 2655.tt 8 ß 8 d. cum qua si addatur Summa 492.tt non
quae legitime debetur, sed quae ad alios computa rejicitur, nobis superest Summa totalis 3497tt 18ß 8d
postea observavit vir clarissimus Le Roy fidel quaestor, ven. natio nullos suos procuratori viginti assy
concedi, ad suas conclusiones in commentariis inscribendas; rem pecuniariam ven. nationi
talem esse, ut pro dicto munere propemodum concedi procuratori ornat. viginti quatuor libellos et
hujus successoribus, peritus posse ac debere concedi primo apparitori hoc anno tantum
propter frequentia ven. nationis comitia pro schedulano convocata duodecim libellos.
unanimi omnium consensu postulatum ut dictae Summae concederentur. et ita a me
conclusum est. Levacher proc. postea exposui novum Supremi Senatus arrestum ad
requestam m.i fourneau portatum mihi Significatum fuispe quo sub paenis gravissimis, intra viginti quatuor
horas duo dicta jam instrumenta quibus chirographum approbaret ampl. vector deponi
jubebatur intra manus scribae criminum in parlamento; me hesterna die jussui Supremi
Senatus obtemperasse, ac dicta instrumenta dicto scribae tradidisse. tradidispe

idque mo fourneau fuisse juridice Significatum. Levacher proc

Die Sabbati mensis julii 5a habita sunt in Garcurio ven. nationis Comitia in quibus actum est de mediis pacis obtinendæ ratione. Levacher proc

illorum curam ejus. cognitas et literas in libros memoriales ea quo opportuna, legitimas
sapientiam et justissimam ipsius administrationem, adiaque universitatem cujus
ex Collegiorum laborum laborat curam, nullatenus ejus posse ff. Deschamps

Die mensis 21. februarii in Salvianensi conventum apud quo una
antiquo Rotulum, deinde septimi p. l. nominationis, sua postulat concessum ff. Deschamps

Die 27.a februarii tribunal academicum extraordinarie convocatum in quo
Subscripsimus rationibus anni 1756. et anni 1757. quas reddebat ff. Morin procurator
Segnestri Collegii St. Michaëli: deinde literas ex abilibus memoriales petentes ad exigendas
eduras quas publicani exigere volunt à plurimis Collegii minoribus ff. Deschamps pro

Die Sab. 9.a mensis martii trib. acad. apud a. Rectorem in Regia Edwardi 1.i 9.
supplicibus pro literis nominationis, sed postulato concessimus. 2.° lecta est magistri quod adeat
sheriffum dubos 9., 11, et 27. februarii. 3.° magistro de creare concessa est licentia aperiendi
pedagogii sub clientela universitatis. 4.° D. do Courbouzy electus est in procuratorem
universitatis apud Castellatum. 5.° ad solumnes supplicationes in ecclesia Sanctæ Genovefæ
die octavis 17.a hujus mensis. 6.° quod observavit a. Rector, typis mandatum fuisse
librorum catalogum in quo extant libri prohibiti, imo per arresto Parlamenti plurimi
damnati quales St libri inscripti de medici, la pucelle d'orleans, de voyages
circa a. Rectorem, ne quempiam amplius ad ejus librariam ingredi nec
adjungi, cippo deberet quantum diligentiam universitatis licentia catalogos hujusmodi
typis mandandi, denique scribat ad Supremum Regia Consilium ut ejus edictum
prohibeantur et catalogus et librorum venditio ff. Deschamps pro

1758

eadem die sab. 4.to mensis martii post s.ctum Joan. de D. v. in Harcurio observari ven. Nationis quæstor integerrimus eligendi jus D. Hiendlatis circa s.ctum quam die 15.to februarii celebrandam instituit b.s. Lud. B. Sauvage ven. ord. quondam regens, corpus amplissimum Rectat. 1. procuratores om., Syndicus mat., et Scriba fid. non deesse, aliquando prætermissis Rectoris electionis tabulis: audito ex. censore, planeis patronis, de his de re consulti ab om. Procuratore simul cum integerrimo quæstore ex æquitate ordinavit

Deschamps Sdoc

Die 18.a mensis martii postquam Magister Joannis Dd Roüen bene precatus est in Harcurio aquilæ procuratoria et quadrennio labente: 1.o Vasles ad pedes, ordinis primi Procuratus depositus non nisi jubente venerando Nationis resumptus ubique apparitor. 2.o cum nemo supplicaret audivere pro munere procuratoris, ex. Stampes celeberrimus, in Harcurio professor ancipi; mihi autem deliberanda (dixere) dies pateat ad notas suggerendas, si quis ad antiquas suggerat: tum suggessit ex. Ingouville antiquus, eruditus et celeberrimus eloquentiæ professor in collegio Sorbonæ plessæi; hic, audito ex. censore, in om. procuratorem electus est; et confestim prosatis mercedibus. 3.o rata et grata habita electio quæsumus in nostro animo magistrali. 4.o pro vero electus sum in quadrennium et salutis postridie. 5.o scitulis quæ hactenus gessi in ultimo tribunali academico. 6.o denique gratias ei quas potui maximas.

J. Deschamps Sdoc

Acta et Decreta Venerandæ Nationis

Procuratore
Magistro Jacobo Nicolao
Ingout Presbytero Rothomagensi
In utroque jure Licentiato
Et humaniorum Litterarum Professore
Emerito in Collegio Sorbonæ Pleſſæo.
A die 18ª Mensis Martii
1758

Anno Domini millesimo Septingentesimo quinquagesimo octavo die decimo octavo Mensis Martii habita sunt in antecessum Comitia Rectoria apud Mathurinenses, in quibus rata et grata habuit Venerandus Ordo quæcumq; gessit Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, Eique concessit litteras commendatitias per honorificas, in Quadromeiranum confirmatus Et Magister Deschamps Inprocurator de more matutinis horis Electus, Supplicibus omnibus indultum Et, Intercessque Rectorii prorogati sunt Viro Clarissimo Magistro Antonio Vicaire Eloquentiæ Professori in Regia Navarra, quæ quidem prorogatio confirmata Et a Venerando Ordine. atque ita a me Procuratore conclusum fuit./. Ingout

Die Sabbati 1ª Mensis Aprilis, ut singulis mensibus primo quoque die Sabbati non impedito fieri solet, hora Sexta matutina in Sacello Harcuriano celebratum Et Sacrum. postea bene precatum Et piis manibus charissimorum nostrorum Contribulium./.

Eodem die hora prima post meridiem habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Rectorem Amplissimum in Regia Navarra in quibus 1º Se Stiterunt Duo Supplices pro litteris Nominationis, quibus postulata concessa sunt.

2º Magister Mateas Celeberrimus Philosophiæ Professor in regia navarra ingressus Et, petiitque sibi liceret librum a Se Scriptum de Mathesecos Elementis Universitati dedicare. Illo e Comitio Egresso, dixit Amplissimus Rector præfatum opus Edi Sub autoritate privilegii a Rege in quinquaginta annos concessi, die 2ª Augusti 1720. audito Syndico — Placuit, autoris Studium, voluntatem et indefessum laborem Summe laudari: dictum vero librum veris Academicis in Mathesi versatis legendum tradi. Hanc in rem nominati sunt M. Paulus Hamelin, antiquus Rector, Gymnasiarcha in Dormano Bellovaco, et M. Petrus Adrianus Turquet Emeritus in Eodem Collegio Philosophiæ Professor.

3º Dixit Amplissimus Rector se Ex conclusione comitiis Superioribus lata, de Catalogo apud Mariam Jacobum Barrois, librarium Universitatis juratum Edito, litteras dedisse, cum ad Illustrissimum Franciæ Cancellarium, tum ad Librariorum Syndicum et adjunctos. ad dies Rectorias, nulla interposita mora, venisse D. Le Mercier librariæ rei Syndicum, eidem

Ejus adjunctos, qui dixerunt se doluisse primum quod ille
Catalogus Universitati occasionem præbuerit conqueriendi apud
Supremum Galliarum Magistratum; deinde rem sibi incognitam
fuisse, donec publici juris fieret prædictus Catalogus: tum
vero, ut Academiæ ita sibi visum fuisse pravi Exempli,
adeoque illico se fecisse, jussu Illustrissimi rei librariæ —
Præfecti, ne trahevet in consequentias, missâ die vigesima
Septima Februarii ad singulos librarios Schedulâ, qua cautum
Est, ne ullus posthac ederetur Bibliothecarum venalium —
Catalogus, quin fuerit prius ab uno ex adjunctis rei librariæ
recognitus. nunc igitur postulare se, ut, pro humanitate
Suâ, Amplissimus Rector aliam ad Illustrissimum Franciæ
Cancellarium mittere velit Epistolam, Eidemq; prædictam
Schedulam adjungere. his auditis, dixit Mgr Guerin —
Universitatis Syndicus negotium istud Sapienter neque ne
feliciter fuisse peractum: magnis dignum Esse laudibus —
Camera, ut aiunt, Syndicæ diligentiam; atq; adeo postulare
se, ut prædicta Schedula in Commentariis Universitatis —
describatur. re ad deliberandum proposita, placuit haberi —
rationem meritissimi Syndici, præfatamque Schedulam in-
Commentariis Universitatis describi. Schedula sic Est.

Monsieur, Vous Etes averti de la part des Syndic et adjoincts
de vostre Communauté que l'intention de Monseigneur le —
Chancelier Est que vous n'imprimiez ou ne faciez imprimer —
aucun Catalogue de Bibliotheque, qu'au preallable vous n'ayez
envoyé a l'un des Syndics ou adjoincts une Epreuve de chaque
feuille, qui vous sera rendüe paraphée. ce 24. Fevrier 1558. /.

4° Quod delato ad Illustrissimum Mercaturæ Præfectum
libello Universitatis Memoriali, de tributo decumano in —
Censuales Universitatis obventiones Vir Clarissimus vosfis-
gius non annuit, quodque hominis Regii D. de Barillon
recusationis causas Scripto tradidit, Placuit fidelissimum
Quæstorem Universitatis, libellum Memorialem a se Scriptum,
ac simul Universitatis jura, adornata responsorum refuta-
-tione legitima, tueri ac defendere. /. Ingouet ~~JG~~ Hyssmette.

Die Dominica 2ª Ejusdem Mensis Aprilis hora post —
meridiem prima in Sacello Harcuriano prima Vesperæ pro
Beatæ Mariæ Virginis Annunciationis festo sunt cantatæ,
et postera die, qua fuit Annuntiationis festus hora decima
matutina in Eodem Sacello inceptum oblatum Est Sacrificium.
post Sacrum oratione, quam potui, brevissima, maximas —
Venerandis Tribulibus gratias Egi quod reluctantem me in
Procuratorem Elegerint. /. Ingouet ~~JG~~ Hyssmette.

Die 4ª Ejusdem Mensis apud Matthurinenses hora 9.na
matutina, Synodus Academica de more celebrata Est, in qua
præsentes Beneficiarii, præsertim Vigilantissimi Pastores —
trium nostrarum Parœciarum, maxime laudati sunt, absentes
legitimas ob causas excusati, qui vero nulla da legitima —
causa, panis Academicis mulctati. /.

Die 6ª Mensis Maii hora Sexta matutina in Harcuriano —
Sacello duæ celebratæ sunt Missæ, Iª de Beata Virgine, 2ª
de Sto Joanne ante portam Latinam Ex fundatione Magistri —
Joannis Vadelorge. post Sacrum accessit Mgr Franc. Hervaeus
Monlim de l'Arnenerie Supplex pro regentia et Scholis jure —
Magistrii in Artibus et designationis facta a Vigilantissimo
Provisore et Primario Harcuriano Magistro Attelin ad —
docendas humaniores litteras in Quinto Ordine Ejusdem Collegii

~~JG~~ Hyssmette.

† Joannes Franciscus Hervæus Monlien De L'Arnenerie Clericus Bajocensis.

Larcuriani, in locum Clarissimi Viri Magistri Francisci Bremet facto Suncti. Audito aequissimo Censore, dictisque Sententiis, praefatus Supplex unanimi voce in gremium Venerandæ Nationis admissus Est. atque ita a me Procuratore conclusum fuit. J. Ingouville-JG Kles mette!

Eodem die hora post meridiem prima habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Regia Navarra, in quibus Io tres accessere Supplices pro Litteris Nominationis, quibus concessa sunt postulata.

2o Ingressi sunt Viri clarissimi Magistri Desplaces et Mayeure Doctores Sorbonici, eumque locum expleverunt, Mgr Desplaces oratione Latinâ declaravit a Societate Patrum Sorbonicorum Electum fuisse nuper Eminentissimum Cardinalem de Saulx de Tavannes Archiepiscopum Rothomagensem in domus Sorbonicæ Provisorem, loco Eminentiss. Cardinalis de Tencin demortui; simulque praedictæ Societatis nomine rogavit Academicum Tribunal, ut pro vetere instituto se conferret in Aedes Sorbonicas ad confirmandam praefatam Electionem, in id proposita die hujusce Mensis Undecima. Cum utroque recessisset, Re missa in deliberationem, placuit Elegi et assignari diem hujusce Mensis Undecimam, quo Tribunal Academicum in Aedes Collegii Sorbonici se conferret ad confirmandam dictam Electionem. Revocatis autem praefatis Doctoribus delegatis, Amplissimus Rector haec dixit; Viri Clarissimi, Tribunal Academicum juxta vota Patrum Sorbonicorum, Elegit diem hujus Mensis Undecimam, qua in Aedes Collegii Sorbonici se conferat ad confirmandam Supradictam Electionem.

3o Accessit Mgr Stephanus Guillelmus Sarcian in Artibus Magister, Supplicaturus pro licentia aperiendi hac in urbe paedagogii sub clientela Universitatis. audito Syndico, nominati sunt Ornatissimi Galliæ et Germaniæ Procuratores qui de moribus ac peritia praedicti Supplicis inquirant.

4o M. Maupetit Universitatis Notarius legit instrumentum conductionis renovatæ cum Viro honesto Guillaumon, qd quidem instrumentum, tum a Tribunali Academico, tum a praefato Guillaumon praesente et acceptante fuit subsignatum.

5o Lecta sunt et approbata Mgri Hamelin Quæstoris generalis responsa de Jure Decumano, in censuales Universitatis obventiones.

Die octava Ejusdem Mensis hora sexta matutina duæ sunt celebratæ Missæ, Ia pro requie animæ Clarissimi Viri demortui Mgri Francisci Bremet antiqui Venerandæ Nat. Procuratoris et in Quinto Ordine Collegii Larcuriani Professoris. 2a in antecessum pro piis manibus Mgri Le Sauvage antiqui Vener. Nationis Decani. J. Ingouville-JG Kles mette!

Eodem die hora prima post meridiem Ia Vesperæ sunt decantatæ.

Die nona hora decima matutina in Sacello Larcuriano — Missa Solemnis celebrata Est ob translationem divi Nicolai.

Die Undecima Ejusdem Mensis habita sunt extra ordinem Comitia Tribunalis Academici ad confirmandam Electionem Eminentissimi Cardinalis de Saulx de Tavannes in Sorbona — Provisorem. hora post meridiem tertia Academicum Tribunal convenit in Sorbona Scholas Inferiores, unde paulo post a binis Doctoribus Sorbonicis deductum Est ad ipsum Sorbona Collegium.

JG

Amplissimus Rector et Deputati Academici Eo habitu Erant,
quo Solent Esse in Comitiis ordinariis. /.
Ingredientibus obviam honoris causa prodiere quatuor Ex-
antiquioribus Sorbonicis, ac prosecuti sunt ad aulam usque
majorem, in quam Patres Sorbonici convenerant. Amplissim
Rector consedit medius in brachiata Sede ad mensam oblongam.
habuit, in Sedilibus pariter brachiatis condidentes, ad dextrum
quidem latus Venerabiles Dominum Archidiaconum Parisi-
ensem et Cancellarium Beatæ Mariæ, tum hinc et inde cæteros
Deputatos. Priusquam autem cæpta Esset Comitia, Venerabilis
Vir Magister Regnault Archidiaconus Parisiensis legit
contestationem tam Suo quam Meritissimi Cancellarii nomine
consignatam.
Postea Magister Guerin Universitatis Syndicus reclamavit
et ipse pro retinendo ac tuendo Amplissimi Rectoris jure legit
in Scripto contestationem.
Lectis contestationum instrumentis Vir Clarissimus Magister
Le Corgne de Launay, vices Supplens Senioris, Orationem Inorsus
est his verbis, Amplissime Rector, Ecclesiæ et Academiæ Procures.
tum et Provisoris amissi et Successoris acquisiti Eloquenter et
copiose laudes prosecutus Est, ac demum Sorbonicæ domûs —
nomine postulavit, ut more antiquo Electio Eminentissimi —
Cardinalis de Saulx de Tavannes in Provisorem Sorbonicum
confirmaretur.
Tum Amplissimus Rector argumentum idem retractavit —
Eleganti et dignitatis plena oratione, cujus in fine Sententias
de postulatis rogavit, hac formula, Clarissimi utriusque ordinis
Procures, postulo a vobis ut Electionem Eminentissimi Cardinalis
de Saulx de Tavannes in Provisorem Sorbonicum confirmetis.
Primus dixit Sententiam Venerabilis Archidiaconus Parisiensis,
deinde meritissimus Cancellarius adhibita utraque formula,
postea cæteri Deputati Tribunalis Academici Singulatim et
in ordine Sententias dixere, hac formula, Amplissime Rector,
Clarissimi utriusque ordinis Procures, per me Sacra Facultas,
ait Sapientissimus Theologiæ Decanus, probat, laudat et
confirmat Electionem Eminentissimi Cardinalis de Saulx de
Tavannes in Provisorem Collegii Sorbonici, et Sic omnes —
Deputati Suo quisque ordine.
Amplissimus Rector Sic resumpsit, Clarissimi utriusque —
ordinis Procures, Electionem Eminentissimi Cardinalis de —
Saulx de Tavannes in Provisorem Collegii Sorbonici probatis,
laudatis et confirmatis, et Ego vobiscum concludo. /.

Ingout Sch

J G Thesmatthe /

Die Sabbati 3a Junii hora Sexta matutina in Lauretano —
Sacello Missa de Beata Virgine celebrata Ut more Solito.
Eodem die hora post meridiem prima habita Sunt Ordinaria
Comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem
in Regia Navarræ, in quibus Supplicavit unus pro litteris —
nominationis, cui postulata Sunt concessa.
2° Audita relatione Magistrorum Lamelin et Turquet de-
opere novo Super rebus Mathematicis a Magistro Mayeas Scripto,
placuit Ejus dedicationem admittere.
3° Magister Sorian inter pædagogos Academicos cooptatus Est.
4° Admissus Est ad unam e Capellaniis Sorbonicis, vacantem per
mortem Magri Brenet, Magister Antonius Vicaire Rector
Amplissimus a Sua fidelissima Natione præsentatus.

Sch J G L.

5° Quod dictum Est ad Concertationes Academicas admitti — Juvenes præter ordinem Suum aut ætate aut doctrina graves, — mandatum Est Syndico ut Ea de re libellum memorialem conficiat. Demum et Rationibus Academicis et Supplicationibus sua dies indicta Est. /. Ingouville -JG Chevallier!

Die 10ª Ejusdem mensis hora post meridiem prima Extraordinaria Comitia habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Regia — Navarra in quibus 1° cum diceret Syndicus Eo rem Esse ad Sancti Michaelis Collegium pertinentem, ut amice componatur, si patroni sui consiliis pars adversa steterit, visum Est Ea de re nihil Statui — donec ad pacta conventa ab Illustrissima Comitissa de Perigord — fuerit accessum.

2° Facta Est potestas Magistro Morin Collegii Trecorensis Sequestro annuum quinquaginta Librarum censum redimendi, ut Senatus authoritate conclusionem confirmari curet, et Substitutionis intra Sex Menses apochom afferat.

3° Facta Est pariter potestas Dño Bally Universitatis Procuratori forensi accedendi ad censum Pergamenariorum Juratorum Universitatis de duplici Suffragio, in eligendis Pergamenariis Communitatis Juratis. Demum decretum Est ut si quis libellus memorialis Universitatis — nomine conficiatur, Ejus Exemplaria duo, alterum in Charlophylacio, alterum ad usus quotidianos in Tabulario deponi, Eorumq; Librorum indicem accuratum adornari. /. Ingouville -JG Chevallier

Die 14ª Ejusdem mensis hora post meridiem prima habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Regia Navarra Extraordinaria — Comitia Deputatorum Universitatis ad audiendas Magri Hamelin Integerrimi Quæstoris Universitatis Rationes, quas ab omnibus — Ordinibus unanimiter fuerunt probatæ. /. Ingouville -JG Chevallier

Die 19ª Ejusdem mensis celebratæ sunt generales Universitatis Supplicationes. Processit Alma mater Academia ad Ædem Dei Sacram Sub — invocatione Sti Sulpitii. antequam procederetur, sedit Academicum Tribunal in angulo Majorum, ibique Rector Amplissimus præbibit Sacramentum pro Capellania Universitatis in Castelleto, ad quam — ejusdem Fidelissimus Ordo juxta vices Suas præsentavit.

2° Se Statuere duo Supplices pro litteris Nominationis, quibus audito — mentissimo Syndico Sua postulata concedi placuit. /. Ingouville -JG Chevallier

Die 23ª Ejusdem mensis hora Sacra matutina celebrata Est Missa — de Spiritu Sancto in Sacello Justiniano, in fundatione Magri Joannis de Roüen. post Sacrum habita sunt Comitia Quadrumviralia, in quibus Magister Ludovicus Sanson litterarum in Regia Navarra Professor Electus Est in Quadrumvirum.

2° Magister Le Rat Venerandæ Nationis Quæstor Fidelissimus, — exposuit Dñum Courtois Procuratorem in Parlamento, qui varia — negotia Venerandi Ordinis gessit, postulare ut nova Conclusione sibi facultas daretur omnia negotiorum illorum instrumenta reponendi — in manus alicujus e gremio Venerandæ Nationis. Re missa in deliberationem, audito æquissimo Censore, placuit Eligere Magrum Le Rat, qui omnia prælata instrumenta reciperet e manibus Dñi Courtois, Illique daret Scriptum, vulgo dictum une decharge, a Se Subsignatum, quo liberaret prælatum Procuratorem ab omnibus Supradictis instrumentis. atque ita a nre Procuratore conclusum fuit. /. Ingouville -JG Chevallier

Eodem die hora decima matutina habita sunt Comitia — Rectoria apud Mathurinenses, in quibus Mgr Ludovicus Sanson horis matutinis Electus in Quadrumvirum fuit confirmatus. 2° Omnibus — Supplicibus indultum Est. 3° Rata et grata habita sunt quæ gessit Rector Amplissimus in Suo trimestri Magistratu, litteræque Commendatitiæ — perhonorificæ sunt illi concessæ. 4° Fidelissimi Ordinis Procurator — [illegible] JGL

Instrumentum protulit quo constabat Juvenem viginti et unius annorum post confectum Philosophiæ curriculum publicis præmiorum Academicorum Concertationibus inter Secundanos adfuisse. Placuit illius negotii Examen et definitionem curæ et diligentiæ Amplissimi Rectoris demandari. 5° Conquestus Et. Venerandus Ordo quod negotium de Institutione novorum præmiorum non satis consulta Venerandæ Nationi Jurit confectum. Fatus tamen Rectorii provocati sunt Magistro Antonio Vicario Celeberrimo Eloquentiæ Professori in Regia Navarra, Eaque provocatio fuit ab omnibus confirmata. /. Ingouville

J. G. Chestnutte /

Die 28 Ejusdem Mensis Junii hora sexta matutina in Sacello celebrata Et Missa De Sancto Spiritu post Sacrum habita sunt Comitia Quæstoria, in quibus proposui Venerando Ordini utrum novus Quæstor Eligendus Esset, an potius Eximie rogandus Esset antiquus ut res nostras Eadem Sagacitate, diligentia industriaque iterum procurare velit. antequam autem procederetur vel ad novam Electionem, vel ad provocationem Fidelissimi Quæstoris præsentis jure nos appellavi in Quadrumviros tum probandis Artium Baccalaureis Ordine Professorum Magros Joannem Le Moine humaniorum litterarum in Lexovio Professorem et Petrum Duval in Harcuriano Collegio Philosophiæ Professorem, tum Ordine Baccalaureorum Magros Pouvet et Tuffert, tum Expungendis audiendisque Rationibus Quæstoriis, Et Ordine Professorum Magros Franciscum Clerum Dagournerie Emeritum et Marcum Maupas, Et Ordine Baccalaureorum Magros Egydium Louvel et Gaspardum Thomam Maitrel. Re Quæstoria in deliberationem missa, audito æquissimo Censore, Eximie rogatus Et Magr Dionysius Le Rat ut munus Quæstorium iterum tenere non dedignetur, qui quidem Venerandæ Nationis votis libentissime annuit, confirmatique sunt omnes Quadrumviri modo appellati. atque ita a me Procuratore conclusum fuit. /. Ingouville

Die Sabbathi 1° Mensis Julii hora sexta matutina in Harcuriano Sacello celebrata Et Missa de Beata Virgine. post Sacrum habita sunt Comitia ordinaria in quibus E. Magr Joannes Franciscus Georgius Delvey Baccalaureus Theologus Venerandæ Nationis Venerandus Contribulis, Domus Harcurianæ Prior, Exposuit sibi et toti Domui in animo Esse Harcurianum Sacellum nudum et ornamentis beatum, in quo Veneranda Natio duobus abhinc Seculis et amplius Sua Sacra Comitiaque celebrat, Scamnis Egregiis politisque Subselliis Exornare Facultatem vero jam acquisitas non Sufficere ad consilium tam Laudabile et Venerandi Ordinis pietate tam dignum Exequendum, Ideoque indigere liberalitate et munificentia Venerandæ Nationis Matris illius in filios tenerimæ. Re in deliberationem missa, audito æquissimo Censore, Summa mille et ducentorum libellarum Ex reditibus Venerandæ Nationis concessa Est ad opus tam pium conficiendum.

2° Sportulam quinque assium, quæ primo quoque cujusque mensis Sabbathi die et in primis Vesperis Festorum Solemnium solvi solebat, ad diem alterum prorogatum ivi decretum Et. atque ita a me Procuratore fuit conclusum. /. Ingouville J. G. Chestnutte /

Eodem die hora post meridiem prima habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Regia Navarra, in quibus unus tantum Supplicavit pro litteris Nominatoriis cui concessa sunt postulata. nihil insuper gravis momenti actum Est, cætera inter colloquendum transacta sunt. /. Ingouville

Die Dominica 2° Julii hora decima matutina in Sacello Harcuriano Missa Solemnis ob Festum Visitationis Beatæ Virginis celebrata Et Exhortatione Magistri Joannis Vadelorge Venerandi Ordinis olim decoris.

J. G. C.

Die 4ª Ejusdem mensis in diem festum translationis Beati Martini hora — Sexta matutina Missa Solemnis fuit decantata in fundatione Magistri — Martini Dumesnil. /.

Die 5ª in Collegio Justitiano, audita, sedulo perpensa et probata sunt rationes fidelissimi Quæstoris Venerandæ Nationis Magistri Le Rat Ejusdem Collegii — Moderatoris Vigilantissimi. /.

Die 5ª Mensis Augusti hora Sexta matutina in Sacello Harcuriano celebrata — Ut Missa de Beata Virgine. post Sacrum accessit Magister Petrus Le Mercier — Supplex pro Regentia et Scholis jure Magisterii in Artibus et designationis — facta a Vigilantissimo Provisore et Primario Harcuriano Magistro Avelin — ad docendas humaniores litteras in Quinto Ordine Ejusdem Collegii Harcuriani — in locum Clarissimi Viri Magistri Francisci Hervæi Monlun de l'Armeniere. — audito æquissimo Censore, dictisque Sententiis, unanimi voce præfatus Supplex in gremium Venerandæ Nationis admissus Et. atque ita a me Procuratore — concludum fuit. /. Ingouville ſG Gervaille.

Eodem die hora post meridiem prima habita sunt Comitia Ordinaria — Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Regia Navarra in quibus Iº Sexaginta et unus accessere Supplices pro litteris Nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii, quibus audito Meritissimo Syndico placuit indulgeri, apposita Supplicis unius conditione, quod prius litteras Noctis non acciperet, quam Professoris Theologici litteras testimoniales, quas defuerunt ipsi, meritissimo Syndico in manus traderet. insuper declaravit Syndicus varios in in nomina errores irrepsisse: visum Et non concedi litteras Nominationis aut Quinquennii, nisi conditionibus appositis a Syndico. /.

2º Lecta et approbata sunt rationes Quæstoris Universitatis ob impensa et — impensa per annos 1754, 1755, 1756 et et 1757 ad Solemnem Præmiorum — distributionem pertinentia. Impensa fuit Summa octingentorum trigenta quinque libellarum ultra quam quod acceptum Et. /.

3º Quod Universitas causam illam obtinuit, quæ jam diu pendebat in Curia — Parlamenti de rebus ad Collegium Sancti Michaelis pertinentibus, pervocante Magro Babille, placuit Ei numerari quindecim nummos aureos. /.

Die 9ª Ejusdem mensis congregata Et Universitas in Interioribus Sorbonæ Scholis ad Solemnem præmiorum Academicorum distributionem, non Solum annuente Sed — Etiam præsente Supremo Senatu. /.

Ingouville ſG Gervaille.

Die 14º habita sunt Comitia ordinaria præclaræ Artium Facultatis apud — Mathurinenses hora Septima matutina, in quibus Electi sunt Examinatores — Licentiandorum in Artibus Magister de Langle Baccalaureus Theologus apud B. Mariam, et Magister Le Comte Baccalaureus Theologus apud Beatam Genovefam, — qui Sacramentum dixerunt inter manus Amplissimi Rectoris. /. H

Eodem die hora prima post meridiem in Sacello Justitiano prima Vesperæ sueræ decantatæ ob festum Assumptionis Beatæ Mariæ. /.

H Eodem die. Eadem hora undecim Supplicibus varia postulantibus indultum Et. /.

Die 15ª hora decima matutina Missa Solemnis fuit celebrata. /.

Die 26º habita sunt in antecessum ob Festa comitia ordinaria Deputatorum — Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Regia Navarra, in quibus plures accessere Supplices pro litteris Nominationis, quibus audito meritissimo Syndico Sua Sunt concessa postulata. /.

Die 2ª Septembris hora Sexta matutina in Sacello Justitiano celebrata Et de more Missa de Beata. H. ſG L.

Die 9a Ejusdem Mensis Septembris Missa celebrata Est pro requie
animæ Sapientissimi Viri Magistri Simon Doctoris theologi
et Collegii Sagiensis Primarii. /.
Eodem die hora post meridiem prima prima Vesperæ fuerunt
decantatæ 26 festum nativitatis Beatæ Mariæ. /.
Die 8a hora decima matutina Missa Solemnis celebrata Est
in Sacello Justinianeo. /.
Die 6a Mensis Octobris celebratæ sunt Supplicationes ordina-
-riæ Universitatis. processum Est ad Ædes Deo sacras Sub —
invocatione Sancti Petri de Assisii. antequam autem procederetur
habita sunt in angulo apud Mathurinenses Deputatorum —
Universitatis Comitia, in quibus Statutum fuit decantandum Esse
hymnum Te Deum propter victoriam de Anglis deportatam.
In Eodem angulo ad Sacramentum admissi sunt quatuor Bibliopolæ.
in alba vero Amplissimus Rector universos ordines rogavit ne
discederent ante confectum officium. /. Ingout ℞ ſ G Chevalle!
Die Sabbati 7a hora Septima matutina in Sacello Justiniano —
celebrata Est Missa de Beatâ. post Sacrum cum multi fuissent
conquesti quod duplicem Sportulam non accepissent, quamvis in
superioribus Supplicationibus Amplissimum Rectorem ad —
Mathurinenses redeuntem comitati fuissent, res missa Est in
deliberationem. Audito æquissimo Censore, placuit duplicem —
solvi Sportulam. atque ita a me Procuratore conclusum fuit. /.

Ingout ℞ ſ G Chevalle!

Eodem die hora post meridiem prima in Regia Navarræ —
apud Amplissimum Rectorem habita sunt Comitia ordinaria
Deputatorum Universitatis, in quibus quod integerimus —
Quæstor propter ægritudinem absens per litteras ab Academico
Tribunali petivit facultatem reclamandi, contestandi et —
intercedendi adversus juris vigesimi exactorem, qui obventiones
casuales Universitates obnoxias Esse huic juri vigesimo contendebat,
illudque jus, misso ad domus Academicæ Sanjacobæa conductorem
per accensum instrumento repetebat et vindicabat in obventiones —
casuales quas Universitas percepit ob domum Illustrissimo —
Remensi Archipræsuli venditam, et in Academiæ Dominio —
sitam, placuit illam integerimo Quæstori dari facultatem. /.
2o quod idem integerimus Quæstor exposuit opus Esse ut latrina
Sanbarbaræa novo muro constructo reficiantur, placuit Eas —
reparari.
3o Quod Otus de Courchamp Ex patrono procurator forensis —
factus et in locum patris nuper demortui suffectus, postulavit ut
Universitas pro more suo laudabili ipsum in Procuratorem —
forensem apud Castelletum eligeret, quemadmodum et patrem —
antea elegerat, placuit sua ipsi postulata concedi.
Et ita super his tribus capitibus audito meritissimo Syndico —
conclusit Amplissimus Rector. /. Ingout ℞ ſ G Chevalle!
Die 10a Ejusdem mensis Octobris hora Septima matutina in —
Sacello Justiniano Missa de Spiritu Sancto celebrata Est. post Sacrum
habita sunt Comitia Quadrumviralia, in quibus M. Franciscus
Le Mercier Vir Procuratorius et in utroque jure Licentiatus in
Quadrumvirum Electus Est. atque ita a me Procuratore fuit —
conclusum. /. Ingout ℞ ſ G Chevalle!

Eodem die hora decima matutina apud Mathurinenses habita sunt Comitia Rectoria, in quibus tribus Supplicibus immunitas ab onere scribendi codices philosophicos concessa fuit, apposita respectu unius conditione ut lectiones physicas auribus incipieret in Collegio pleni exercitii. Quartus pariter admissus est, qui Universitatem inita precatus est ut biennium philosophicum in Universitate Duacena ab ipso confectum pro uno anno in Academia Parisiensi confecto haberetur. 2° Magister Le Mercier in Quadrumvirum matutinis horis lectus fuit confirmatus.

3° Rata et grata habita sunt quæ gessit Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, Commendatitiæ quæ litteræ perhonorificæ fuerunt concessæ, atque etiam illi tabulæ Rectoriæ sunt prorogatæ, quæ quidem prorogatio fuit a Venerando Ordine libentissime confirmata. atque ita a me Procuratore fuit conclusum./.

+ Ingouf Rl. ✠ Gilbert!

Die 27 Eiusdem Mensis Octobris hora Septima matutina apud Mathurinenses habita sunt Comitia Censoria, in quibus electus est in Censorem Magister Robertus Deschamps Exprocurator et Baccalaureus Theologus. cum deputatis Natis et ordinariis nominati sunt Mgri Joannes Baptista Gardin du Mesnil et Nicolaus Louvel humanitatis Professores, Ius in harcurio et Aus in Grallinaro, qui cum Deputatis cæterarum nationum libellum memorialem Mgri Guerin Universitatis Syndici de præmiis Universitatis discuterent.

Die Sabbati 4° Mensis Novembris hora Septima matutina in Sacello harcuriano celebrata est missa de Beata. post missam Mgr Nicolaus Alexius Tourondel Diac. Rothomagensis supplicavit pro regentia et Scholis Juxta Magisterii Artium et Baccalaureatus in Theologia, qui audito æquissimo Censore in gremium Ven. Nationis admissus est. atque ita a me Procuratore conclusum fuit./. Ingouf Rl. ✠ Gilbert!

+ Die vigesimo Secundo Mensis Octobris in harcuriano Sacello hora post meridiem prima prima Vespere fuere decantatæ ob festum divi Romani Ven. Nat. Patroni. Die 23 hora decima matutina Missa Solemnis fuit celebrata./.

✠ Eodem die 4 Novembris hora post meridiem prima habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis in Collegio Beccodiano apud Amplum Rectorem, in quibus accesserunt tres Supplices pro litteris Nominationis, quibus audito Syndico placuit indulgeri./.

2° habitæ sunt inter Deputatos variæ confabulationes de modo certo determinandi urbes muratas, de Re Lignaria — menaria aliis locanda, de duobus domus Sanjacobæanæ inquilinis ad solvendum conductionis pretium tardissimis, de quibus tamen capitibus nihil deliberatum./.

Rl. ✠ Gilbert.

Die 14 Mensis Novembris habita extraordinaria Comitia
Deputatorum Universitatis apud Ampl. Rectorem in Collegio
Bricciano, in quibus Amplissimus Rector dixit justam sibi
et gravem visam esse causam Deputatos extra ordinem
convocandi, quod certis autoribus resciverit, in postremis hujus
facultatis Comitiis captum aliquid consilii contra jura
communemque caeterarum facultatum utilitatem. nimirum
illis in Comitiis Mgrum Bridou doctorem Theologum
postulavisse, ut vellet accedere Sacra facultas ad eam literam
quam parat juradictus Mgr contra Septenarium Professorem
Universitatis Remensis de Canonicatu in Ecclesia Cathedrali
Atrebatensi nunc vacante, simulque oblatum ab Eo et
palam lectum memorialem libellum, cujus haec Summa.
Postquam regia anni 1745 declaratione facta est potestas
Patronis Ecclesiasticis, quemcumque voluerint ex graduatis,
quocumque graduatorum Ordine, iis beneficiis, quibus cura
animarum incumbit, ad arbitrium instituere, ipso facto
redisse doctores hujus in sua jura adversus Professores
Septenarios, caeterosque graduatos. Quo audito, annuisse
Sacram facultatem postulationi Mgri Bridou, ab eaque
nominatos esse Deputatos, qui eam rem, et quaecumque
in ea re ad Sacra facultatis commoda pertinerent, apud
Illustrissimum Franciae Cancellarium prosequerentur.
Porro nemini non apparere, quid ex hac Sacra facul-
-tatis conclusione caeteris facultatibus emineat periculi.
Itaque deliberandum de summa re, viamque ineundam,
qua Professorum Septenariorum privilegia, in pra-
-sentissimum discrimen adducta acriter defendantur.

Tum auditus est Mgr Guerin Syndicus, qui resumptis
quae ab Ampl. Rectore enarrata fuerant, dixit, ne de incerta
atque non confecta re deliberatio institueretur, optare se
primum scire, utrum quae in postremis Sacra facultatis
Comitiis gesta audisset Amplissimus Rector, ea pro-
veris agnoscuret Sapientissimus Theologiae Decanus.
qui cum statim esse omnia veritati consentanea declarasset,
Coepit idem Syndicus breviter et ad praesentem quaestionem
enarrare, qua fuisset antiquitus Graduatorum conditio,
tum quae deinde modo his, modo illis concessa privilegia,
donec anno 1743 exierit a lege declaratio, qua ut liceat
esse tot privilegiorum quotidiano conflictu orivi solita
aliquando compescerentur, ea facta sit beneficiorum
distributio, ut, in ea, quibus esset adjuncta animarum
cura, si, mensibus Januario et Julio, quos rigoris
vocant, vacassent, primum praecipuumque Jus doctoribus
Theologiis arrogaretur, in caetera vero, si vacassent iisdem
mensibus, Septenariis Artium Buriumq; Professoribus
prorogativa asseveretur; at non diu perstitisse novam illam
Beneficiorum inter utrosque divisionem.
Anno 1745 alteram a Rege promulgatam esse declarationem,
qua, mensibus Januario et Julio, qui rigoris antea nomi-
-rabantur, in mensibus, ut aiunt, favoris, ubi de Beneficiis
cum animarum

AGL

cum animarum cura conjunctis agerentur, commutatis, eorum Beneficiorum collatis libero jam inter omnes graduatos Patronorum Ecclesiasticorum arbitrio permittitur.

Enimvero vehementer doluisse Universitatem, mutatam et afflictam hac utraque lege, ac praesertim posteriore suorum sortem.

Itaque oblatum ab Ea anno 1746 Regi optimo libellum supplicem, plenum ubique venerationis gravissimorumque momentorum, quo res in pristinum statum restituerentur, quod quidem hunc irritum ac nullo successu accidisse, at nihilominus non destitisse almam parentem in eo consilio perseverare, ut si quando idonea se tempora dedissent, aequa adeo postulationis felicem exitum omni operâ persequeretur.

Quin etiam anno 1752 sapse ac diu in Academico Tribunali deliberatum, de justa graduatis omnibus, ac praesertim Theologicae Facultati, damni accepti compensatione quaerenda: si nempe, quidquid Beneficiorum quibus animarum cura non incumbit, vacasset, quatuor graduatorum membris, id omne graduum rigori subjiceretur, ita ut Januarius et Julius, ut antea Septembris Artium et Jurium Professoribus; Aprilis et October in posterum Septembris Theologiae et Medicinae doctoribus speciali jure dividerentur; quatuor vero mensis illi communi jure graduatis antiquioribus attribuerentur, in eamque rem novum libellum memorialem conscriptum, etsi Regi non oblatum propter turbulenta tempora.

Jam vero ex iis omnibus patere, qualis semper fuerit Universitatis animus in suos, ac praesertim in doctores theologos, qui ultimam parem affectum, tam pio, tam proposito in ipsorum utilitatem respondere debet. Verum longe secus accidere. malle nunc eos, etsi recentem ab Universitate operam in maxima causa expertos, attributam Septembris partem attentare, quam sociatis cum optima parente viribus conniti, si quod possit aliquando rebus communibus remedium invenire.

At enim stare regiam anni 1745 declarationem: neque variis argutiarum fallaciis certum expressamque legem abrogari. Quamobrem spem esse, quidquid doctores thigi tentaverint, quamcunque fiducia nitantur, irritos fore eorum conatus. valituram apud incorruptum Senatum Editorum auctoritatem, neque passurum Regem sua Universitatis amantissimum, homines litteris utiliter deditos, laboriosos Gallicae Juventutis institutores, quibus nisi in jura nulla praemiorum spes, unica longa et exercita Professionis merces defraudari.

His itaque de causis, pro re Academica censere se, 1° agendas esse Ampl. Rectori pro sua vigilantia atque diligentia gratias: rogandum eum ut, solito comitatu, integerrimos Supremi Senatus Magistratus, Summumque Franciae Cancellarium quamprimum adeat, iis Ordinum Academicorum causam et jura quam studiosissime commendaturus.

2° Rogandum Sapientissimum Sacrae Facultatis Decanum, ut ad eam proximis Comitiis justas et graves Universitatis deferat querelas, quod concepta Magistro Bridou accessione communem charitatis et concordiae vinculum dirupisse videatur; eoque nihilominus decoret, si, mutato privatae accessionis consilio censuerit, ea nunc tot tempora, quibus possit a Rege melior in posterum conditio graduatis communi opera impetrari; ejusdem nunc, ut semper, almae parentis opem atque subsidium praesto habituram.

3° Rogandos esse Sapientissimos Jurium et Medicinae Decanos, et Ornatissimos praeclara Artium Facultatis Procuratores, ut suos quamprimum Ordines convocent, cum iis quae ab Amplissimo Rectore in praesentem causam dicta sunt, communicaturi; eosque de accessione Universitatis, pro tuendo Septembrium privilegio, Sacrae Facultatis pro Magistro Bridou accessioni, opponendâ consulturi —

1751

consulturi.

Audito Syndico, re in deliberationem missa, rogatis dictisque Sententiis, Placuit, 1° gratias haberi Amplissimo Rectori, rata esse quæ in hoc negotio gessit, eumq; rogari ut quam adhuc in eam rem diligentiam adhibuit, eandem adhibere pergat. 2° Rogari Sapientissimum Theologiæ Decanum, ut ad eam justas et graves exterorum Ordinum Academicorum querelas deferat: nihilominus eorum nomina dubaret, si, mutato privatæ accessionis consilio, sacer Ordo censuerit ea nunc esse tempora, quibus possit a Rege melior in posterum conditio Graduatis communi opera impetrari, ipsum nunc ut semper, almæ parentis operam atq; subsidium præsto habiturum. 3° Convocandos esse quamprimum Ordines Academicos, de Universitatis accessione sacræ Facultatis accessioni opponenda deliberaturos.

Et ita concludit Amplissimus Rector./.

Die 24 Ejusdem Mensis Novembris hora prima post meridiem Ia Vesperæ sunt decantatæ in Sacello Harcuriano propter festum Divæ Catharinæ.

Die 25 Ejusdem mensis hora decima matutina in Eodem Sacello celebrata fuit Missa Solemnis. post Sacrum habita sunt Venerandæ Nationis Comitia per Schedulam convocata, in quibus Exposui Venerando Ordini Mgrum Bridou doctorem hujus in postremis Theologiæ Facultatis Comitiis postulavisse, ut vellet accedere sacra Facultas ad eam litem quam movet prædictus Magister contra Septenarium Professorem Universitatis Remensis de Canonicatu in Ecclesia Cathedrali Atrebatensi nunc vacante, admittit sacram Facultatem postulationi Mgri Bridou: Insuper conclusione Tribunalis Academici, lata 14° Ejusdem mensis, Equa quidem in integrum lecta fuit coram Ven. Ordine 3 rogatos fuisse Sapientissimos Juris et Medicinæ Decanos et Ornatissimos præclaræ Artium Facultatis Procuratores, ut suos Ordines convocent, Eos de accessione Universitatis, pro tuendo Septenariorum privilegio, sacræ Facultatis pro Mgro Bridou accessioni, opponenda consulturi.

Audito æquissimo Censore, re missa in deliberationem, Placuit Ven. Ordini 1° agendas esse Amplissimo Rectori pro sua vigilantia atque diligentia gratias Amplissimas, 2° Eundem Amplissimum Rectorem rogandum esse ut quam in Eam rem diligentiam adhibuit, Eandem adhibere pergat. 3° vias omnes esse persequendas ad pacem et concordiam inter omnes Ordines conservandam et fovendam. 4° Si sacer ordo perstiterit in sua accessione pro Mgro Bridou, Procuratori suo dare licentiam accessioni Theologicæ accessionis opponendæ. atque ita a me Procuratore conclusum fuit./.

Ingoult [illegible] -S.G. Hermitte./

Lata præsenti Conclusione, Magister Deschamps Censor æquissimus et multi alii Baccalaurei reclamarunt, actumque intercessionis sua postularunt, cujus quidem intercessionis Veneranda Natio nullam habuit rationem./.

Die Sabbati 2 Mensis Decembris hora septima matutina in Sacello hujus celebrata fuit de more Missa de Beata. post Sacrum idem Mgr Deschamps et iidem Baccalaurei reclamarunt denuo et postularunt actum intercessionis, cui quidem intercessioni non amplius acquievit Veneranda Natio./.

Eodem die hora post meridiem prima habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Collegio Decodi- -ano, in quibus Mgr Gervaise Theologiæ Syndicus locum tenuit Mgri Tamponet Decani absentis. Quinque Supplices pro litteris Nominationis jure Mgrii Artium et Quinquennii accessere, quibus audito Mgro Guerin Syndico indultum Ut. 2° lecta et audita Conclusione lata 14 Novembris proxime elapsi, Magister Gervaise dixit sibi mandatum, ut Theologica Facultatis nomine declararet ab ea non probari Conclusionem latam in causa Magistri Bridou, nullamque Ei fuisse concessam a sacra Facultate accessionem. [illegible] J.G.L. Improbatio Sacri

Improbatio Sacri Ordinis pari fide et diligentia discussa Est, Eaque discussa, dixit Syndicus Universi
gravem sibi pariter videri Impostulationem Theologicæ Facultatis et dignissimi Ejus
Syndicii de non concessa intercessione declarationem. quod primum Est, Conclusionem
Tribunalis Academici duobus continuari Sacris et conclusione, facta ab Amplissimo
Rectore fuisse Enarrata et a Sapientissimo Theologiæ Decano pro veris agnita,
ac confessa, non posse a cæteris Ordinibus Academicis aliter deliberari et
ab Amplissimo Rectore concludi. Quod alterum Est, gratulandum Universitati,
quod Magro Bridoie nulla concessa fuerit accessio; gratulandum inprimis
Sacro Ordini, ipsique declarandum Imo non aliam fuisse Tribunalis Academici
mentem nisi ut Ea tantum lege ad causam Septenarii Professoris accederetur,
Si ad eandem doctoris Theologi facta Esset a Theologica Facultate accessio.
2o declarandum iterum Esse propensissimam Ordinum Academicorum in
Sacrum Ordinem voluntatem; illorumque, ut semper, opem atque subsidium
præsto affuturum, ut comparari operâ pristina aut saltem melior graduatis ac-
præsertim doctoribus Theologiæ conditio impetretur. rogandum denique Sapientissimum
Theologiæ Decanum, ut hanc Tribunalis Academici conclusionem ad Ordinem
Suum deferat. Audito Syndico, re in deliberationem mitta, dixit Theologiæ
Syndicus, sibi non licere Ea retractare quæ a Sapientissimo Theologiæ Decano Magro
Tamponet gesta sunt, adeoque in his nullam partem habere velle. Cæteris
Deputatis communi sententia Placuit, rata Esse quæ gesta sunt, recognosci
quæ lecta sunt: accedi, si accedit Theologica Facultas: communem opem atque
operam iterum offerri: demum rogari Sapientissimum Theologiæ Decanum
ut hæc ad Ordinem Suum referat. s.

Annuente Vivo honesto D. Hebert Juvato Universitatis pergamenario,
Juris Rectorii in Pergamenum redemptore: redemptionis illius pretium,
utpote levius, ampliatum: reque ad deliberandum proposita, audito
Syndico, visum Est pretium illius redemptionis, quod annis superioribus
ad quadringentas libellas annuatim persolvendas fuerant redactum, ad
quingentas in novem sequentes annos ampliari, Eidemque prædicto Hebert
collocari. atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum fuit. s.

Die 5o Ejusdem mensis Decembris hora post meridiem prima prima Vesperæ
fuerunt decantatæ in Sacello harcuriano ob diem Festum divi Nicolai.
Die 6o Ejusdem mensis hora decima matutina in Eodem Sacello Missa
Solemnis fuit celebrata. post Sacrum Io rogatus Est Pontifex in Festum
Conceptionis Beatæ Virginis. 2o habita sunt Comitia, in quibus Magister
le Rat Quæstor Fidelissimus, Venerandæ Nationi ad dictissimus et impensarii
parcissimus, Exposuit, En quo Sportula quinque assium prorogata fuit ad decem
numerum Clericorum qui nostris officiis deserviant valde multiplicatum Esse,
postulavitque ut velit Veneranda Natio numerum illorum Clericorum
designare, quo possit ipse aliquid certum et Sinum habere. audito æquissimo
Censore, re mitta in deliberationem, placuit quatuor tantum cum Sacristâ admittere
Clericos, qui Sportula donentur, illorumque Clericorum Sportulas in manus
Vigilantissimi Bursariorum Collegii harcuriani moderatoris remitti Singulis
distribuendas. atque ita a me Procuratore conclusum fuit. s.

Ingouville

Eodem die Declaravi Venerando Ordini die 2a hujus Mensis per accensum
publicum denuntiatum mihi fuisse libellum memorialem, qui vulgo dicitur,
Intervention, cujus Exemplar hic jacet.
Lecto coram Veneranda Natione libello illo memoriali, Magister Deschamps
Censor æquissimus alta voce reclamavit Se in hoc libello dictum Jurium vel
dictionem non agnoscere, accensum Suum in illo Scripsisse quidquid libuerit.
his dictis, nec hac vice Veneranda Natio illa Intercessione mota fuit. s.

Ingouville

Die 9° Ejusdem Mensis hora decima matutina apud Fratres Prædicatores Missa Solemnis de Spiritu Sancto fuit decantata.

Eodem die hora post meridiem prima in Sacello harcuriano prima Vesperæ fuerunt decantatæ ob festum Conceptionis Beatæ Mariæ.

Die 8ª in Eodem Sacello hora decima matutina Missa Solemnis celebrata fuit a Sapientissimo Viro Mgro Josepho Carolo Joly Socio, Doctore et Professore Sorbonico, qui post Sacrum laudes Beatæ Virgini Eleganti Stylo prosecutus Est.

Eodem die hora post meridiem tertia Secundæ Vesperæ fuere decantatæ. /.

Ingoult ~~Blé~~ - JG Chermette!

Die 11 Ejusdem Mensis Supplicationes Universitatis habitæ sunt. processum Est ad ædes Dei Sacras Sub invocatione Beatæ Mariæ in Collegio harcuriano. — intra Missam, Sacra Concio habita Est a Sapientissimo Viro Mgro Secondé, — Socio et Doctore Theologo, nec non Collegii Sorbonæ Præsaci moderatore vigilantissimo.

Die 16° hora Septima matutina in Justiniano celebrata Est Missa de Beata. post Sacrum habita Sunt Comitia Quadrumviralia, in quibus Magister Joannes Thomas Hamel Vir Clarissimus et celeberrimus humanitatis — Professor in Regia Navarra accessit Supplex pro munere Quadrumviri, qui, audito æquissimo Censore, in Quadrumvirum Electus Est. atque ita a me Procuratore conclusum fuit. /.

Ingoult ~~Blé~~ - JG Chermette!

2.° Domus a Magistro Le Sauvage Venerandæ Nationi testamento legata, sita in via vulgo dicta des Francs Bourgeois, ad forum Sancti Michaelis, locata fuit honesto Viro Natali Pruneau operis intestini artifici et honestæ fœminæ Margaritæ Renaud illius Uxori, mille et trigenta libellis per annum, in novem annos incipientes die 1.° Julii proxime futuri. cujus quidem conductionis — instrumentum lectum fuit a Notario et Subscriptum tum a me Procuratore, Sapientissimo Decano, multisque aliis Contribulibus, tum a prænato Pruneau præsente et acceptante. /. Ingoult ~~Blé~~ - JG Chermette!

Eodem die hora decima matutina apud Mathurinenses habita sunt Comitia Rectoria, in quibus audito æquissimo Censore 1.° rata et grata habuit Veneranda Natio quæcumque gesta sunt ab Amplissimo Rectore in trimestri Suo Magistratu, Eique sunt concessæ litteræ Commendatitiæ perhonorificæ; 2.° confirmatus Est in Quadrumvirum Magister Hamel matutinis horis Electus, 3.° Indultum Est — omnibus Supplicibus varia postulantibus; 4.° fasces Rectorii sunt prorogati Magistro Antonio Vicaire Eloquentiæ Professori in Regia Navarra. atque — ita a me Procuratore conclusum fuit. /.

Ingoult ~~Blé~~ - JG Chermette!

Die 31.° Ejusdem Mensis hora decima matutina in Sacello harcuriano missa Dominica Occurrentis celebrata Est. post Sacrum 1.° precus fusæ sunt pro requie — animæ Mgri Roberti de Valencour, Presbyteri, Sancti Marcelli Canonici. 2.° habita Sunt Comitia, in quibus visa consultatione data a Clarissimo Viro D. Paporet in Suprema Curia Patrono de testamento Sapientissimi Viri Mgri Le Sauvage Venerandæ Nationis quondam Decani ac de illa optime meriti, visis etiam piis dispositionibus testatoris, atque inter cæteras, prima, qua Jubet ut in Sacello harcuriano quot annis die 15.° Februarii Missa Solemnis de gratiarum actione celebretur pro incolumitate Christianissimi Regis nostri Ludovici decimi Quinti, lecto quoque testamenti Supradicti Secundo articulo, quo roganter Amplus Rector, Ornatissimi Procuratores quatuor Nationum, Meritissimus Syndicus et Fidelissimus Scriba Universitatis adesse huic Missæ Solemni precibusque Subsequentibus, auditus Est æquissimus Censor. re missa in deliberationem, Censuit Venerandæ — Natio

~~Blé~~ - JG /.

Natio 1° Standum Vte ultimæ testatoris Clarissimi voluntati, qua tenentur — Procuratores Syndicus et Scriba Amplissimum Rectorem vestæ rubeæ indutí — convenire, et è Collegio suo procedentem ad Collegium Harcurianum, et e Collegio Harcuriano ad suum redeuntem comitari, procedentibus octo bacultatis Artium Bidellis cum suis clavalis.

2° Nisi Procuratores et duo Officiarii Universitatis supradictis conditionibus satisfaciant, illos orbandos Vte Sportula dicta testamento. atque ita a me Procuratore fuit conclusum. /. Ingouville. HG Hesmilly!

Anno 1759 die Sabbati 13 Mensis Januarii hora septima matutina in Sacello Harcuriano Missa de Beato Hilario; Collegii Harcuriani Patrono, celebrata Et post Sacrum Magister Manduit Constantiensis supplicavit pro Regentia et Scholis, jure Magisterii Artium et designationis a Sapientissimo Viro Magistro Rollin Collegii Harcuriani Provisore Vigilantissimo, ad humaniores litteras in secundo ordine dicti Collegii docendas, loco Clarissimi Viri Magistri Joan Baptistæ Gardin du Mesnil Eloquentiæ Professoris in Eodem Collegio. audito æquissimo Censore, scriptisque instrumentis, re missa in deliberationem, unanimi voce prædictus Magister Manduit admissus Et in gremium Ven. Nationis. atque ita a me Procuratore conclusum fuit /.

Ingouville. HG Hesmilly!

Il a été arrêté que le Bureau consent que les livres appartenants au College de Louis le grand ou qui luy appartiendront par la suite après avoir été estampillés aux armes dud. college soient placés dans la Bibliothèque de l'université et remis à la garde de son Bibliothequaire qui en chargera à la suite du Catalogue qui en sera dressé lequel sera déposé dans les archives dud. college et dont une copie sera remise aud. Bibliothequaire à la charge néanmoins que l'usage des livres de la ad. Bibliothèque tant de ceux appartenants ou qui appartiendront au college que de ceux de l'université sera libre aux maitres et boursiers dud. College, et que les livres leur en seront prêtés sous le récepissé du principal d'un des offices que fera les Bureaux de remplacer à la fin de chaque année sur la représentation des récepissés ceux dud. livres qui seroient ou perdus ou gatés; que les Salles destinées par arrêt de la Cour du 22e février dernier aux Bibliothèques du college de l'université et du college soient cedées à l'université ainsy que les tables, tables Bureaux, globes, et autres effets propres à une Bibliothèque qui se trouvent actuellement dans lesd. Salles, qu'enfin l'appartement destiné au Bibliothequaire du college soit employé pour y loger le Bibliothequaire de l'université, et comme en Conséquence de la présente deliberation le plan de Bibliothequaire dud. college se trouve supprimé, il a été deliberé que le Sr. Guerin Syndic de l'université qui y avoit été nommé continuera de jouir sa vie durant des Sen Cent livres d'honoraires qui avoient été attachés à lad. place, à moins que led. Sr. Guerin n'obtienne par la suite des Benefices ou pensions d'un produit Superieur aud. Sen Cent livres, auquel cas néanmoins que dans le premier cas il ne cessera pas d'être membre de l'université, et qu'en Cas que led. Sr. Guerin voulut venir demeurer dans led. College, il luy sera libre de choisir l'un des deux appartements du Mans neuf destinés à des professeurs emérites qui ne

Seroient pas membres du Bureau de discipline, a été ensuite
délibéré que M.r le grand Maître sera chargé de Nommer expediteur
de la présente deliberation a M.r le premier President, a Nommer
le procureur général, aux Actuaire, Greffier de l'université,
aux doyens des facultés Superieures, et aux procureurs des nations
et de témoigner aux doyens des facultés de droit et de Medecine
combien le Bureau a été sensible a la justice qu'ils ont rendu
ou rendu a la pureté de ses intentions.

Signé Ferray, Rolland, Roussel de la Tour, Corbin, Dufray,
Vallet le neveu, Legros, Pioty, Limperani, Fournaux, et le Flamand
Deliberé la présente expedition par moy Soussigné Secretaire
du Bureau d'administration du college de Louis le grand ce 9.e
jour de may Signé le Flamand S.J.

recognitum a me procuratore Le Rat ff
ff Westmuller.

Die Sextâ mensis Aprilis habitum est in ædibus academicis
Basilicæ Universitatis Tribunal ordinarium Amplissimi
Rectoris in quo 1.o tribus Supplicibus pro Litteris Nominationis
indultum fuit 2.o Statuta fuit Deputatio Sex virorum Academicorum
ad illustrissimum Regni Administrorum Dñum De St florentin
pro redditu clarissimi Viri Crassous in Consultissima facultate
Doctoris et Decani. 3.o decretum est monendos esse Celeberrimos
Professores ut quolibet trimestri adornent Catalogum eorum
qui ipsos audiunt eo fine ut qui liberè vel coacti nomen
dederunt, auctoramento militiæ facilius solvantur.

Die Sabbathi 13 mensis Aprilis post missam celebrari solitam
unoquoque mensis primo Sabbatho non impedito et in hanc diem
translatam ob officium majoris hebdomadæ habita sunt in harcurio
comitia in quibus legi conclusiones supra Scriptas a die 25.a
mensis Martii et retuli quæcumque gesta sunt in ultimo
Tribunali Academico. Le Rat
ff Westmuller.

Die 16 Aprilis 1765 horâ 7.a matutinâ Celebrata est in Basilicâ Vrsitatis
annua Synodus cui adfuerunt vigilantissimi Ecclesiarum parochialium
Pastores et alii Beneficiarii. Censuerunt omnes Deputati Laudandos
præsentes, excusandos absentes qui miserunt rationem sonticam
mulctâ plectendos esse eos qui sine ullâ causa legitima abfuerunt
et ita conclusit Amplss. Rector qui postea rogatus fuit ut adire velit
clarissimum virum Dñum De Fresne Duquesseau clarissimi sui fratris
hæredem ut in ipsius memoriam revocaret debitam esse ædibus
Statim a morte fratris charissimi summam quindecim mille
librarum; et præterea ipsum hæredem teneri de resarciendis
ædibus a Dilecto fratre occupatis in via Universitatis juxtà inspectionem
et judicium virorum in arte ædificatoriâ peritorum utrinque
Selectorum

Die 4ª maii 1765 post Sacrum Solito more in harcario celebratum habita Sunt ven. Nat. Comitia in quibus mihi fecit potestatem Ven. ord. gratias agendi maximas Ampliss. Rectori ob Sua bona officia in dies majora, ob curam Laboremq; indefessum quo Res omnes Universitatis ad quas perpetuo excubat, Sive pro disponendâ ipsius Bibliothecâ non minori Solertiâ quam prudentiâ persequitur, Sive pro diligenti in tabulas Supremi Senatus perscriptione, tam libelli memorialis a Deputatis Universitatis confecti; tum Extracti è deliberationibus Clariss. Collegii Lud. magni Administratorum circâ Supradictam Bibliothecam, Sive pro Solutione aris debiti a Dño Daguesseau, et refectione Ædium quas occupavit dilectissimus ipsius frater Dñs Daguesseau demortuus: provinciamq; mihi dedit ven. ordo Ampliss. Rectorem enixè rogandi ut incepta tam feliciter insequatur et ad felicem exitum perducat; et ut adire velit nomine et cum Deputatis electis Universitatis Supremos Magistratus ad obtinendam copiam eligendi Provisorem Collegii justiniani. Præterea demandavit mihi curam Suscitari a fidelissimo Universitatis Quæstore quonam tempore rationes Suas redderet, et descriptionem Status erarii gallicè Bref Stat Universitatis tum active tum passivæ Nationibus traderet. Jussit quoque invigilare Executioni Conclusionis a Tribunali Academico Latæ die et confirmatæ die 6ª Aprilis 1765 quâ decretum est apponendam esse in Aulâ Academicâ tabulam in quâ describentur fundationes, numerus Scholarium Bursariorum, Reditus annui, et genus Studiorum quod amplecti debent ex Litteris et instrumentis fundationum illi omnes Bursarii omnium Collegiorum quæ pleni exercitii non erant in Sinu Universitatis, postularet q; venerandum ordinem hujus tabulæ Exemplar unum ad minus cujus ope Notitiam habebit eorum omnium quæ Spectant fundationes horum e Collegiorum quæ ex ultimâ antiquitate ad Nationes pertinebant.

In iisdem comitiis annuit Veneranda Natio petitioni Dñi Poquereau inquilini alicujus partis domus novæ in vico Straminco Scilicet ut ipsi liceat remanere eodem pretio in Sua camera Sine ullâ Locatione manu Scriptâ pro certo temporis Spatio; audito æquissimo Censore Sua inquilino postulata concessa Sunt ea tamen lege ut Scripto teneatur dictus vir monere venerandam Nationem de Suo hâc domo exitu Sex menses ante quam ex illo loco discedat et ita Super his omnibus a me procuratore conclusum est

Le Rat Pq Stephanie!

Eadem die quarta mensis maii 1765. habita Sunt apud ampliss. Rectorem in Basilicâ Universitatis Deputatorum comitia in quibus per tempus non licuit Procuratori ven. Ordinis ipsius imperatis Supra Scriptis abunde Satisfacere ob insolita Negotia omnino perplexa et forsan inutilia uti dicatur alio tempore; Sex Supplicibus pro Litteris Nominationis indultum est. quod Dñum Daguesseau attinet censuerunt omnes Deputati pro Reverentiâ in tantum virum genere et dignitate Splendidum Academiæ per amantem et ipsius commodi Studiosissimum votis et conditionibus ab illo factis accedendum esse et consequenter 1º. Dñum hunc non Soluturum totam Summam quindecim millia librarum Simul uno eodemq; tempore Sed tantum hic et nunc dimidiam partem et post breve intervallum v.g. aliquot mensium

pro Suâ humanitate et æquitate Summam reliquam numeraturum ne damnosa sit Universitati ære alieno obruta Longior cunctatio

2° appellandos esse utrinque Architectos qui remotis omnibus juris formulis, amicè et minore pretio earumdem Ædium partes reficiendas Lustrent visaq; omnia referant in acta.

3° Libenter in se Suscipiet Academia curam partes illas omnes exesas vel mutatas resarciendi eâ lege a Dno Daguesseau appositâ ut Universitati Solvat Sicut tenetur quam primum vel in decursu operis Summam illis ædium partibus reficiendis parem ab ipsis architectis definitam. interea processus verbalis cum Dominâ venerabili viduâ Daguesseau ut videat utrum partitio et ordinatio descripta ipsi conveniant vel utrum aliquid pro Suâ voluntate immutare Suisque Sumptibus exornare velit.

Lectâ et audita petitione magistri Allais quorumdam librorum authoris Nominati Sunt Domini Coupé fidelissimæ Picardorum Nationis Procurator et Hamelin Quæstor ūssalis qui operâ in usum et utilitatem Studiosæ juventutis a dicto authore Scripta recognoscant et accuratè legant eo fine ut Sua postulata Magister Allais obtineat Scilicet Suorum operum a tribunali Academico probationem.

Cappellaniam de Savoysiâ per obitum viri clarissimi Gervaise vacantem Magistro de St joire in marchiano professori a constantissimâ germanorum Natione præsentato contulit idem Tribunal, et ita conclusit Amplissimus Rector

Die 6ta mensis maii post Sacrum in festo Sti joannis ante portam Latinam habita Sunt in harcurio comitia in quibus exposita quæcumq; gesta Sunt in ultimo Tribunali et in Synodo pro ut Superius exarata. nulla fuit deliberatio

ita testor Le Rat

Die octavâ maii decantatæ Sunt 1æ vesperæ pro festo translationis Sti Nicolai.

die 9â Solemne Sacrum ejusdem festi peractum est, et post missam inspectis ab æquissimo Censore a Sapientissimo Decano et procuratore Super pellicijs ad usum Capellæ et aliis lineis obsoletis et Laceratis nova elaborandæ esse Censuerunt Deputati nati; et Si qua pars lineæ veteris reperiatur adhuc firma, ex eâ conficienda esse alia Lineola Sacro missæ Sacrificio necessaria.

die prima junii 1765 celebrata est missa ordinaria in Sacello collegii Harcuriani
Eod. die habita sunt apud Amplissimum Rectorem Deputatorum comitia in Tribunali academico,
1° tribus Supplicibus pro Litteris Nominationis indultum est
2° Lecta et recognita sunt quæ gesta fuerant in Superiori Academico tribunali
3° de operibus M. Alea retulerunt M. M. Hamelin et Coupé; Laudarunt
perelegantes opera et authorem qua et quem probavit Tribunal academicum
4° Lecti sunt libelli memoriales tum Domini Louvel Provisoris harcuriani tum
Domini Duval philosophiæ professoris ejusdem Collegii audito meritissimo Sindico
Sententia ij dictis et omni re perpensâ lata est conclusio cujus tenor sequitur

Extractum e Commentariis Univtis die 1a junii 1765.

Lectus est Libellus memorialis a V. C. M. Louvel harcurii provisore et
Primario delatus die 3a Maii 1765 ad Amplis. Rectorem et Meritiss. Sindicum;
in quo ille exponit unum e Catalogis eorum qui anno præsenti in logicâ
harcurianâ audiunt neque fuisse a Se Subscriptum neque ad Visitatis
Scribam delatum ante Kalendas maias Sed ipso Kalendarum die:
hanc autem omissionem cum Discipulis nocere possit tum legibus academiis
adversari ac præsertim decreto in præclara artium facultate Lato
die
Lectus est Libellus alter memorialis a V. C. M. Duval philosophiæ professore
in dicto harcurio in quo exponit nullâ Suâ culpâ aut legum academicarum
negligentiâ contigisse quod præfatus Catalogus non fuerit a M. Louvel
Subscriptus et ante Calendas maias ad Visitatis Scribam delatus
audito super eâ Sindico, visis decretis latis annis 1675 et 1726 Dictum est
Super inscribendis philosophiæ candidatorum nominibus non esse discedendum
ab antiquis Academiæ legibus quæ sequentibus continentur articulis.
1° Philosophiæ Candidati semel atque iterum quotannis ante Natalem
Domini et Kalendas maias nomina Sua in tribus Catalogis propria manu
describent.
2° nominum inscriptiones in ipso auditorio excipiantur in oculis et ore omnium
3°. diebus postremis quibus licebit Scholasticos nomina Sua inscribere Primarius
cujusq; collegii in Scholas se conferat, Singulos nominatim appellet discipulos
tumq; patam Catalogis Subscribat.
4°. unum ex his Catalogis quisque Philosophiæ professor ante natalem Dñi
et Kalendas maias deferat ad Scribam Universitatis qui Statim Rectorem
Amplissimum hac de re certiorem faciat.
In præsenti negotio visum est cum Subscribendi tempus elapsum est
mandari Magistro Louvel ut traditum sibi Catalogum cum eo qui
ad Scribam delatus est conferat, hunc que Suâ Singraphâ muniat
ne Subscriptionis omissio discipulo damnum afferat
et ita ab Amplissimo Rectore Conclusum est

postea 5°. legatum quod Vrsitati Scripsit Domina Patouillat pro Stipendio

Magistri qui pueros præsertim pauperes doceat Elementa in urbe
Ribodimonte acceptum fuit a Tribunali de consilio patronorum
quorum deliberatio Scripta et ab ipsis Subsignata pro conclusione
habita est. lectum quoque fuit exemplar pacti faciendi cum
civibus Ribodimontensibus ut cum ipsis communicetur.
6.° cognitâ distantiâ æstimationum Dni Le Camus pro uñsitate
et Dni Bourgeois pro Dño Daguesseau Stetit Tribunal æstimationi
Sui Architecti, aut ædium Sarciendarum negotium Dno Bourgeois
adjudicavit eodem pretio quo illas æstimavit. postulatum est
ab uñsitate utrum quædam Specula in his ædibus collocata
emere vellet certo pretio consitato.; Negative Respondit Tribunal
academicum Si quidem illa Suppellex erat pro præsenti
inutilis Universitati et onerosa
7o Censuerunt omnes Deputati et breve pallium villosis candidis q;
pellibus assutum, et marsupium ~~Loc~~ Sericeum auri que Subtemine
picturatum [ornamenta Scilicet Rectoria] esse quam primum
renovanda. et Super his omnibus concluſit Amplissimus Rector
ita testor Le Rat ven. Mat. Procurator J. C. Rutrouël.

Die decima nona ejusdem mensis junii facta Sunt publicæ
Supplicationes Universitatis tum in longa viâ tum in Æde Deo
Sacra Sub invocatione Sti Hippolythi in Suburbio Sti Marcelli

Die 21a ejusdem mensis audita Sunt Rationes fidelissimi Quæstoris
Universitatis ex quibus liquet Summam accepti Superari ab
expensis de 192ll 11 Sobole quæ ultima Summa Magistro
Hamelin Quæstori debetur

die 22â ejusdem mensis horâ Sextâ matutinâ post quam bene precati
Sumus pro anima requie M. joannis de Rouen in Sacello harcuriano,
habita Sunt comitia Quadrumviralia in Basilica Universitatis.
audito æquissimo Censore electus est in Quadrumvirum M.
monlien de L'Armeneria Celeberrimus in harcurio professor
et ita a me conclusum fuit Le Rat J. C. Rutrouël.

postea lecta fuerunt Leges et regulæ quæ Spectant Bibliothecam
et Bibliothecarium Universitatis usque ad horam
Scholarum.

Eadem die 22 mensis junii hora decimâ matutinâ habita sunt in aula Visitatis
Comitia Rectoria in quibus post orationem de more per elegantem solitâ
postulavit Amplissimus Rector, deinde Sententiam unius cujusq; Nationis
de legibus ad Bibliothecam pertinentibus. Venerandâ Nabio quinque
Supplicibus indulsit, tres alios sola rejecit eo quod non convenerunt
aquissimum Censorem quo audito rata et grata habuit quæcumque
gessit Amplissimus Rector ipsi que decrevit litteras commendatitias
per honorificentissimas, gratias q; egit maximas Quadrumvirum
confirmavit et super his omnibus conclusit Amplissimus Rector
continuata fuit lecto Legum de Bibliothecâ; omnibus articulis rité
perpensis venerandus ordo libellum memorialem seu præscriptionum
codicem cum annotationibus, procuratori suo commisit ut votum
Nationis tribunali academico notum faciat. de ista relatione nec
de aliis aliarum Nationum nihil fuit conclusum

ita testor Le Rat

J. B. Rat[illegible]

Die 28ª ejusdem mensis junii post Sacrum a Dno Desaulthieux fundatum
habita sunt in Collegio Harcuriano Comitia Quæstoria in quibus exposita
novum eligendi Quæstorem necessitate, audito aquissimo Censore
electus est unanimi consensu M. Gaspardus Thomas Maistre presbyter
Bajocæus, Licentiatus Theologus Exprocurator qui accepto muneris
Quæstorii officio appellavit in Expunctores Rationum nostrarum
M.M. Sanson et Duval ex ordine professorum M.M. Le mercier
et morain de La haye ex ordine Baccalaureorum; postea designavi
Quadrumviros probandis Artium candidatis nempe M.M. Le Seigneur
Bourgeois, Vasse, ex ordine professorum et M. Desmares ——
Baccalaureum audito aquissimo Censore Electi sunt supra
appellati et designati et ita a me conclusum fuit

Le Rat

J. B. Rat[illegible]

Die 2ª julii celebrata est in harcuario Missa de visitatione Beatæ Mariæ
ex fundatione Magistri Vadelorge olim Decani.

Eadem die horis pomeridianis habita sunt in Basilicâ Universitatis comitia
Deputatorum facultatis artium per Amplias. Rectorem convocata in quibus
Lectæ fuerunt leges et regulæ tam de Bibliotheca tum de Bibliothecario
cum notis et annotationibus Deputatorum quatuor Nationum quæ etsi
diversa primum sententias mutatis correctis q; aliquot articulis in unam
coaluerunt sententiam et istæ leges in ipso comitatu unanimiter
probatæ sunt ita testor Le Rat - J. B. Rat[illegible]

Die 4ª ejusdem mensis julii Sacrum peractum est in harcario professo
Nationis Divi Martini ex fundatione vivâ voce M. Martini Dumesnil
de venerando ordine bene meriti, postea retuli auditas fuisse die 3ª
julii in aulâ harcuriânâ Rationes venerandæ Nationis et Summam
acceptî superari ab expensis de 804ᵗᵗ 14ˢ 5ᵈ denicis quæ
Summa debetur Dionysio Le Rat vestro procuratori
Die Sabbathi Sexta ejusdem mensis post missam de more celebratam
habita sunt comitia in harcurio in quibus venerandus Ordo
audito aquissimo censore mihi fecit potestatem novum eligendi
Bibliothecarium nempe M. Hamelin et novum Quæstorem
generalem Universitatis nempe Amplissimum Rectorem Dominum
Le Bel qui dixerat coram Deputatis die 2ª julii congregatis
officium Bibliothecarii esse cum sua conditione, commoratione
suisq; lectionibus insociabile. de Quæstoratu non item
et ita a me conclusum est Le Rat q.q. Rememb.

Eadem die Sexta julii habita sunt comitia apud Ampliss. Rectorem
in Basilica Universitatis.
uni supplici pro litteris Nominationis indultum est
Stetit M. Wailly ut offerret universitati tertiam editionem sui operis
intitulé principes generaux et particuliers de la grammaire.
nominati sunt Deputati qui opus istud perpenderent Sapientiæ
Sacræ facultatis Decanus et M. Hamelin
in anum coaluerunt Architecti pro resarciendis ædibus in via
Universitatis; et probatæ sunt conditiones Dñi Daguesseau
Scilicet ipsum solventurum hic et nunc Summam septem
mille cum quingentis librarum; eamd.q; Summam intra spatium
unius anni sine fœnore.
retulit meritissimus Syndicus suum pactum seu concordata tam
a civibus Ribodimontensibus acceptum esse et probatum.
abdicatis a M.M. Le Bel et Hamelin officiis Bibliothecarii
et Quæstoris generalis Universitatis Electus est unanimi consensu
in Quæstorem generalem Dnus Le Bel Amplissimus Rector
et in Bibliothecarium M. Hamelin
Deinde Lecta et probata fuerunt Leges tam de Bibliotheca
tum de Bibliothecario universitatis quæ communicandæ
sunt cum Clarissimis Administratoribus Collegii Ludovici Magni

Die 12ª ejusdem mensis julii habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Basilica Universitatis extra ordinem Comitia in quibus Lectum fuit per Notarium Dnum Arnaud instrumentum quo 1º Solvit vir Clarissimus Daguesseau Summam Septem mille cum quingentis librarum pro liberatione fratris sui dilectissimi demortui, cum promisso parem Summam solvendi intra spatium unius anni. ex illa Summa recepta decrevit Tribunal Academicum insumendas esse quinque mille libellas ad exsolvendam Universitatem annuæ pensionis obligatione certis quibusdam creditoribus facta; trâdendam vero reliquam hujus Solutionis Summam Operariis quibus aliquid adhuc debetur

2º Solvit vir Clarissimus Daguesseau Summam de 2968 pro resarciendis ædibus a dilecto fratre dum viveret occupatis. præterea cessit Universitati titulo Dominii res bene multas mobiles quæ omnes harum Ædium in Commodum vertunt.

3º juxta placitum tribunalis hæc ultima Summa de 2968 offeretur vel jam oblata est illustrissimæ Dominæ Viduæ Daguesseau ea conditione et lege ut Scripto declaret sarta esse tecta ædium quas occupat, nihilq; desiderari ex parte Universitatis. hoc modo Hospes illa nostra nobilissima servabit, mutabit, reficiet et ad arbitrium suum partes omnes adornabit ita ut post ejus decessum quidquid resarciendum erit juxta morem et usum, id fiet curis et sumptibus eorum qui ipsius hæreditatem adibunt et ita de his omnibus concluserit Amplissimus Rector

Die 29ª julii habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Basilica Universitatis comitia Deputatorum nempe procuratorum prædarum artium facultatis in quibus ob querimonias sæpe sæpius a plurimis et potissimum tum a Majoribus nuntiis tum ab Administratoribus Sodalitii San caroli magni ad Amplissimum Rectorem delatas Adversus Basset præconem academicum Clericum q; majorum nuntiorum et vi clausulæ [quandiu universitati visum fuerit] destitutus fuit ille Basset, ejusq; Loco Electus est Ludovicus Mongin bene notis et cunctis dotibus ad istud officium necessariis ornatus a quatuor procuratoribus quibus cum audito meritissimo Syndico tum de destitutione tum de electione concluserit Amplissimus Rector

ita testor Le Rat

J. G. Recteur

Die 3ª Augusti post Sacrum in harcurio celebratum habita sunt ven. Nationis comitia in quibus vir clarissimus M Beniere è domo et Societate Doctor nec non venerabilis capituli Rothomagensis canonicus in negotio Provisoris justitiani Deputatus exposuit Latum esse die 30ª julii Supremi Senatus Decretum quo officium Dicti Provisoris servatur illæsum et eidem capitulo tribuitur ut ipso in perpetuum fungatur Sublatâ Bursariis eligendi deinceps potestate, modo hanc mutationem litteris patentibus confirmet Rex Augustissimus.

postea lecta et recognita sunt quæcumque gesta fuerant in Superioribus comitiis.

Eadem die 3ª Augusti habita sunt comitia apud Rectorem amplissimum in Basilica universitatis in quibus triginta quinque Supplicibus pro litteris Nominationis indultum est. alius accessit Supplex Claudius franciscus frere de Montesson in artibus Magister pro Licentia aperiendi pedagogii Sub clientelâ Universitatis — nominati sunt M. Couteau et M Coupé qui de Supplicis vitâ, moribus et Scientiâ inquirant.

Decretum est gratias agendas esse illustrissimis Magistratibus Supremi Senatus propter judicium in favorem Provisoris Collegii justitiani, et illud inscribendum esse in commentariis Universitatis

Dominus Maupetit Notarius legit pactum seu concordata cum civibus Ribodimontensibus quod confirmatum et ab Astantibus Subsignatum fuit.

Libri M. Wailly nuncupationem accepit Tribunal Academicum ut Sub nomine Universitatis publicè appareat.

die octavâ Augusti 1765 habita sunt Deputatorum comitia in collegio Sorbonæ ante distributionem præmiorum in quibus exposuit fidelissimus Scriba Vigilantissimum Provisorem et Primarium collegii harcuriani ad tabularium vîsitatis ex mandato Amplis Rectoris accessisse ut Catalogum Logicorum pro primo Semestri nomine et chirographo muniat. nomen revera Subjecisse cum clausula et verbis minimè gratis et admodum improbatis a Tribunali Academico; re in deliberationem missâ placuit unanimi sensu apponendum esse prædictæ Subscriptioni Supradicti Provisoris Sibi videri, nullam verborum quibus inhoneste reclamationem expressit rationem habendam esse.

Die 14ª Augusti habita sunt in Basilica Universitatis comitia octoviralia facultatis Artium in quibus

1º Ven. Natio nominavit et elegit in Examinatores Licentiandorum in artibus M. Gasparêum Maitrel Exprocuratorem apud Beatam Mariam et M. Le Moine professorem apud Beatam genovefen post illorum designationem a meritissimis pro cancellariis factam.

2º Sex Supplicibus varia postulantibus sua postulata concessit

3º nominavit M. M. montlien de L'Armenerie in harcurio et Bourgeois in Collegio Lud. Magni Professores in Deputatos qui cum suo procuratore, Decano, et Censore Rem circa Scriptiones discipulorum, Labores et Curam Magistrorum et distributionem præmiorum Universitatis experdant ut sedatis omnibus querimoniis totum illud Negotium ad felicem exitum perducant. postea Sacramentum præstitit Ludovicus Mongin in præconem Universitatis et nuntiatuum clericum electus

et ita ab Amplissimo Rectore et a me procuratore conclusum est Le Rat

Eadem die horâ post meridiem primâ decantatæ sunt primæ vesperæ Assumptionis Beatæ virginis Mariæ cujus Sacrum Solemne postridie celebratum est

Die 31 Augusti habita sunt in Basilicâ Universitatis apud Amplissimum Rectorem in antecessum Deputatorum ôium ordinum comitia in quibus

1º quatuor Supplicibus pro Litteris Nominationis indultum est

2º auditis M. M. Couteau et Coupé procuratoribus qui de vitâ, moribus, et doctrinâ M. Lefrere de montison cum elogio retulerunt, ipsi concessa fuit Licentia aperiendi pædagogii sub clientela universitatis.

3º exposuit meritissimus Syndicus Dñus de Bruisset De Pontes typographum Lugdunæum postulare ut nova Editio Dictionarii Danetii recogniti et aucti fiat sub nomine Universitatis cui novum illud opus dicare peroptat. antequam istud postulatum concedatur, promittati sunt pro more Deputati scilicet ornatissimi fidelissimæ et constantissimæ Nationum Procuratores qui librum hunc sedulò et attente explorent. et ita concluxit Amplissimus Rector. ita testor Le Rat

die 2ª 7bris habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Basilicâ
Universitatis Deputatorum extra ordinem comitia in quibus
lecta sunt Litteræ Dni Ducis de choiseul ad Amplissimum
Rectorem directa quæ nihil novi continent ad tuenda
Universitatis privilegia in exactione domorum pro habitatione
Militum; imo illa privilegia minuere videtur in eo quòd
immunitatem excipiendorum tecto militum vel pecuniam pro
ipsis solvendi concedit soli Domino privilegium habenti pro partibus
ædium quas ipse met occupat non vero pro cæteris ab inquilinis
occupatis. Qua propter post varia ratiocinia Rogatus est
Amplissimus Rector ut ad illustrissimum Regni Administrum
De choiseul Litteras mittat in quibus denuo exponet Universitatem
non postulare privilegium ab omni ævo ipsi concessum; id unum
nunc rogare ut suam auctoritatem interponat et agat ne
a præfectis militum Helvetiorum in suo jure interpellentur
Academia nostra et ipsius membra.

deinde retulit Amplissimus Rector se non potuisse adhuc obtinere
a primariis Magistratibus exemplar decreti a Supremâ curiâ
lati die 30ª julii de officio Provisoris Collegii justitiani nec
Litteras regias ad illud decretum confirmandum.
interea legit meritissimus Syndicus extractum è commentariis
Venerabilis capituli Ecclesiæ Rothomagensis, tum Epistolam
ejusdem Capituli ad Dominum Beniere directam quibus apparet
Capitulum Provisorem dicti Collegii factum paratum esse ad
novum hunc titulum Sacramentum præstare per suum Deputatum
inter manus Amplissimi Rectoris in congregatione generali
Universitatis, quo dato et concesso tollitur impedimentum quod
afferre potuisset Tribunal Academicum præscriptioni Regii diplomatis,
nihil omnino decrevit inscribendum esse extractum supra dictum
in Commentariis universitatis; admittendum esse Deputatum venerabilis
Capituli ad Sacramentum in Comitiis generalibus, servando sibi
Tribunal potestatem experiendi jura sua si quid ipsis
contrarium tum in Senatus consulto tum in Regio diplomate
compererit

die 7ª 7bris post Sacrum de more celebratum habita sunt in
Harcurio comitia in quibus lectum est Satisdatum quod nobis
tradidit Magister Maitrel Quæstor fidelissimus. postea
provinciam demandavit Veneranda Natio uni è suis
Apparitoribus Sordes identidem eluendi ex aulâ normannicâ
in basilica Universitatis eamq; semper mundam tenendi.
quantum ad pretium mercedis novo huic Labori debita

audito aquissimo Censore constitutum est ad Summam triginta Sex libellarum quotannis ipsi persolvendam a proximis Remigialibus eâ lege ut Scopas, penicilla et cætera id genus suis impensis suppeditet et ita a me conclusum est

Le Rat

Eod. die horâ post meridiem 1ª primæ vesperæ de festo Nativitatis Beatissimæ Virginis Mariæ, cujus Sacrum Solemne postridiè celebratum est.

die 2ª 8bris post Sacrum in harcurio de more celebratum Lecta et recognita sunt quæcumq; gesta fuerant in Superioribus comitiis.

Eod. die horâ 1ª pomeridianâ habita sunt apud Amplissimum Rectorem in Basilica Universitatis Deputatorum Comitia in quibus quatuor Supplicibus pro Litteris nominationis indultum est.

præterea nihil. ita testor Le Rat

Die octavâ ejusdem mensis facta sunt Supplicationes Universitatis ad ædem Deo Sacram sub invocatione Sᵗᵒʳᵘᵐ Cosmæ et Damiani ubi intra missarum Solemnia piam habuit concionem M. Girard Sacræ facultatis Doctor nec non ejusdem Parochiæ Vicarius.

die 10ª 8bris postquam in Sacello harcuriano bene precati sumus pro animæ requie M. joannis De Roüen, ibi habita sunt comitia in quibus accessit Supplex Petrus Le Meignen presbyter Bajocensis pro regentiâ et Scholis jure Magisterii artium et designationis Dni Daireaux in tertiam Scholam Collegii grassinæi; audito æquissimo Censore in gremium ven. Nationis Sacramento præstito admissus est: postea Electus est in Pontificem pro festo Sᵗⁱ Romani M. Gardin Dumesnil Collegii Ludovici Magni Primarius, in Oratorem vero invitando pontifici in festum B. Virginis sine labe concepta M. Petrus Le meignen. Deinde habita sunt alia comitia Quadrumviralia in Basilica Universitatis, ibi audito æquissimo Censore Electus est M Gaspardus Maitre Licentiatus Theologus qui inter manus nostras Sacramentum præstitit, et ita a me conclusum est Le Rat

Eâdem die horâ decimâ in eod. Basilica habita sunt comitia Rectoria in quibus post orationem quam habuit Amplis. Rector Stiterz Se Supplices quatuor quorum postulata auditis meritissimo Syndica et æquiss. Censore concessa sunt. rata et grata habuit ven. Natio quæcumq; gessit

Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu eo que nomine Litteras
commendatitias perhonorificas decrevit ipsi q; gratias ob indefessum
Laborem, curas, Studium, quibus res Academicas promovet Suum
Quadrumvirum matutinis horis electum confirmavit denique
fasces Rectorios clarissimo viro Michaeli Francisco Le Bel prorogavit
et ita ab Ampliss Rectore et a me procuratore conclusum est

Le Rat

J.G. Bernatte!

die 22a ejusdem mensis prima vespera Sti Romani postea rogavi nomine
ven Nationis Pontificem ut inciperentur Sacrificium postridie offerret quod
peractum est

die 25a ejusdem mensis habita sunt Deputatorum facultatis artium
comitia apud Ampliss. Rectorem in quibus Lecta sunt Litteræ ab
Augustissimo Rege per ærarii Regii Præfectum ad Ampliss. Rectorem
directæ; Lecta quoque fuit deliberatio in responsum harum litterarum
quæ ab omnibus Deputatis probata fuit et subsignata.

Postero die 26.o 8bris habita sunt in aula Basilicæ Universitatis
comitia Censoria in quibus Electus est in Censorem ven. Nationis
M. Petrus Duval Celeberrimus Philosophiæ Professor in Collegio
Harcuriano; omnibus supplicibus indultum est. postea Lectæ
fuerunt coram præclarâ facultate artium et in unaquaque
Natione Litteræ et deliberatio supra dictæ; Nationes omnes
deliberationem hanc unanimi consensu approbarunt facta
est conclusio quia ita conclusit Ampliss. Rector. Statutum est
quoque Litteras et hanc conclusionem tum orationes Ampliss.
Rectoris tum meritissimi Syndici inscribendas esse in Commentariis
Universitatis et venerandi ordinis qui gratias egit quam maximas
Ampliss. Rectori, ob curam, sollicitudinem solertiam et industriam
quibus usus est ut Rem de qua infrà in Academia tanti
momenti promoverat. Sequitur tenor tum Litterarum, tum
responsi per conclusionem facti illustrissimo ærarii Regii præfecto.

copie de La Lettre de Monsieur de L'Averdy Contr gnal
a fontainebleau ce 20 8bre 1765.

Sur Le compte Monsieur que jay rendu au Roy de La pretention
de L'université, Sa Majesté toujours portée a donner a cette
Compagnie des preuves de Sa bienveillance et de la Satisfaction
qu'elle a de Ses travaux Services ma ordonné de vous ecrire que Son
intention etoit avant de Se decider Sur La demande de L'Universite
que cette compagnie lui rendit compte de L'employ qu'elle feroit
d'une augmentation et a qu'elle Somme elle porteroit Ses pretentions
vous aurez Soin de communiquer Les ordres du Roy aux Deputés
de L'université et meme Si vous Le jugez necessaire aux quatre Nations
de La faculté des arts et vous m'enverrez leurs deliberations pour
que je puisse en rendre compte au Roy.
Je Suis bien Sincerement Monsieur votre tres humble et tres obeissant Serviteur

Signé L'Averdy

a m. Le Recteur de L'université

Copie de La Conclusion de La faculté des arts du 26 8bre 1765

L'université en deliberant Sur les ordres du Roy portez dans La Lettre de Monsieur Le Controlleur general du 20 8bre 1765 a arreté

1° que cette Lettre egallement honorable et precieuse a L'Vniversité Seroit inscrite non Seulement dans Les Registres de L'université mais encor dans les Registres de chacune des Nations.

2° que dans La reponse qui Sera faitte a Monsieur Le Controlleur general M. Le Recteur Le Supplira de vouloir temoigner a Sa Majesté combien L'vniversité est Sensible aux nouvelles marques de Sa Bienveillance dont elle L'honore et Le remercier lui mesme des bons offices et de La protection qu'il lui accorde Surtout dans Laffaire présente.

3° que L'objet de La demande de L'vniversite est reglé par les Lettres patentes du 14 Avril 1719, dont elle ne pourroit S'écarter Sans donner atteinte a Son titre primitif et aux droits que Sa Majesté lui a attribuez en lui accordant Le 28e effectif du prix du bail général des Postes et Messageries de france.

4° que L'emploi de ce 28e est pareillement reglé par les mesmes Lettres patentes et destiné a Stipendier les Principaux et Professeurs de La faculté des arts.

5° que neanmoins Si des circonstances particulieres et des vues Superieures ne permettoient pas quant a present L'entiere execution des dittes Lettres patentes, L'vniversité Se fait un devoir de S'en rapporter auec La plus parfaitte confiance a La bonté et a La Sagesse de Sa Majesté et que ce n'est que par Soumission aux ordres qu'elle a recus, qu'elle va Sexpliquer Sur les objets qui lui Sont proposez.

Et daborD L'université, Si Sa Majesté juge a propos de lui accorder vne augmentation estime que cette augmentation doit estre appliquée auant tout a fournir vne Subsistance honneste a tous Ses principaux et Professeurs tant actuels qu'Emerites: observant que Le Sort de ces derniers lui paroit meriter vne attention particuliere, et pour remplir cet objet elle croit qu'une Somme annuelle de 3000tt Seroit a peine Suffisante.

Ensuitte comm'elle desire ardemment voir conduit a Sa perfection Le chef lieu qu'elle vient de recevoir de La munificence de Son Souverain, elle appliqueroit auec joye telle autre Somme qu'il plairoit encor a Sa Majesté de lui accorder aux differents objets qui manquent a ce nouvel etablissement, telles que Sont La construction dune Sale dassemblées generales et dune Bibliotheque, dautres fonds pour Lentretien de Ses Batiments et pour les frais qu'entrainent La tenue des assemblées et Les concours etablis et a etablir dans Le chef lieu. et dans Le cas ou Sa Majesté jugeroit a propos d'ordonner que cette Somme fut prise Sur Le 28e accordé a Son Vniversité; Cette compagnie espere de Sa bonté Royalle que pour lui assurer Ses droits elle ordonnera aussi que La ditte Somme Soit revesible aux Principaux et Professeurs a mesure que ces objets Seront remplis.

6° que La presente deliberation Signée par tous Les Deputez Sera envoyée a Monsieur Le Controlleur general au nom de L'université.

Exemplar Orationis Amplissimi Rectoris habite in comitiis Censoriis die 26ta 8bris 1765

antequam vestras in Nationes Feudatis .... pauca referemus .....
Contulimus nos cum meritissimo Syndico, fidelissimo Scribâ et clarissimo
Academicæ Bibliothecæ præfecto ad illustrissimum Regni administrum
Comitem de S.t Florentin ut primum ipsius adeundi copia facta est;
ad eum vestro nomine præmiseramus Litteras quibus constabat
tum quam acerbum dolorem ex tristissimo, quem expertus fuerat,
casu percepisset Academia, tum quantum alacritatis et Lætitiæ
ex restituta illi intra tam breve tempus valetudine caperet.
excepit nos benignitate Summâ et comitate quibus solet
illustrissimus Comes; et quibus conati sumus ipsum e tanto
infortunio felicissime recreatum gratari officiosissimis ita respondit
verbis ut de hoc ce obsequii nostri Specimine bonam Academia
gratiam habere professus fuerit, Se que novâ observantia et amoris
significatione moveri plurimum et jucundissimè affici ostenderit.
cum que datâ occasione revocassemus in mentem ipsius Negotium
nostrum quod spectat ad 28.am partem annui reditus ex generali
nunciatuum et Cursitationum Locatione provenientis, ipsi que
novum obtulissemus exemplar ut aiunt nostri memorialis libri paucis
paginis contenti, novam eam que eximiam Se nobis operam
præstiturum esse illustrissimus Comes pollicitus est
Statim atque [hoc est] tres aut quatuor intra dies pervenisset. .....
..... jam de Negotio quod pertinet ad jus nostrum in partem
vigesimam et octavam pretii conductionis generalis Cursitationum
et nunciatuum Regiorum ut aliquid ad vos asseram;
quo in loco negotium illud sit simpliciter et paucis exponam;
ut pote de quo plura ad ornatis.os proceres ~~vestros~~ et ad clarissimos
Proceres ab unâquaque Natione deputatos retuleritis ea
communicaturos vobiscum, et Sapientissimo concordi que
et unanimi, ut speramus, consilio animoq; perpensuros.
Silere in ultimis comitiis de hoc ce Negotio noluimus, Proceres
Academici, ne illud aut negligere omnino, aut remissiori studio
persequi aliquibus videremur. id circò postulavimus ut
perlegeretur vobis Epistola quam ad illustrissimum
Regii ærarii præfectum Scripseramus. mirabamur
simul q; dolebamus nobiscum taciti quod cum nihil accepissemus
responsi, nihil fausti vobis renunciare possemus.
fatebimur tamen spes numquam titubasse nostras, eodem que

animo, hoc est, firmo et erecto in hac re semper extitisse, ex quo primum de eâ illustrissimum erarii regii prefectum adimus, a nobisq; propensissimâ in Academiam nostram voluntate ad colloquium admissis postulavit ut librum ei memorialem traderemus; adeò ipsius studio in Litteras, benevolentiâ in nos summa in omnes aquitatis fama et latè dissipatâ opinione innitebamur, et in ejus integritate pariter ac boni publici amore, fere securi, conquiescebamus.

pervenit ad nos illustrissimi Administri responsum die qui comitia nostra proxime subsecutus fuit 11° 8bris, cum Parisiis scriptum triduo ante comitia nostra reddi nobis debuisset. quæ causa moræ fuerit non perquirimus: quæcumque illa fuerit, epistolam illustriss. Administri sat cito nobis redditam gratulemur, quando quidem sat læta in augurijs per eam duximur .... palam legatur &..... accepto hoc de responso, cursitare non destitimus, salutare, rogare eos omnes, quos et posse, et adducendos esse ut vellent in tanti momenti rei opem nobis conferre, existimabamus. advenit interea ab illustriss. erarii regii prefecto alia, eaq; melioris omines et honorificentior Academiæ Epistola {Supervius scripta} ..... novam illam a nobis statim et avidè oculis perlustratam fuisse epistolam, dein attentius perlectam facile intelligitis Proceres Academici: at intelligites pariter, attonitum me hæsisse primum, ac quid consilii sequerer, ancipitem et curâ anxium dubitasse. duo per illustrissimum Administrum quærit Dilectissimus Rex quæ in promptu sunt, quæ manifesta omnibus et explorata, uno verbo quæ illustrissimum erarii regii prefectum latere non possunt. diversas inter cogitationes et curas, cepi consilium movendi quid quid possem et excogitandi viam aliquam quâ pervaderem ad propositum illustrissimi Administri, ipsius que animum pertentarem, verosq; ipsius explorarem sensus, quos deinde Deputatis vestris aperirem. postquam ut constare potuit, mihi constitit quis esset sensus Epistolæ, imo quis illustrissimi Administri animus, convocavi Deputatos, quodq; assecutus eram palam feci. quid respondendum Epistolæ, quæ nostri debeat esse ratio responsi, rebus et privatim inter paucos, et communiter inter multos longo serio q; examine ponderatis tandem inter omnes Deputatos convenit unanimi voce et de naturâ et de formâ responsi. totum illud afferimus ad vos, vestro que judicio a vestra deliberationi permittimus, adoptandum si vobis placuerit —— immutandum in quibus non probatum fuerit, omninò rejiciendum si totum displicuerit. hoc certe voluimus et efficere ut nostris communibus commodis consuleremus, et curare ut jura nostra servarentur inviolata, integra que asservarentur.

Quod unum jam reliquum est, addam non vere minus quam libenter Proceres Academici, quidquid sit de eo quod ut optimum statuetis ad felicem rei exitum non parvi interesse ut hodierna præclaræ artium facultatis deliberatio {Supra scripta} placida sit, concordent animi, ad unum sententiæ omnes conspirent. ita dixit Amplissimus Rector

ita testor Le Rat procurator

Exemplar orationis Meritissimi Syndici habitæ in Comitiis Censoriis die 26ta 8bris 1765

præterea auditis Proceres Academici Amplissimum Rectorem de nostra vicesimâ octavâ parte referentem; deinde missas ad eumdem ab illustriss. Rei æraria regia præfecto Litteras; ac denique conficienda conclusionis articulos a Sapientissimis Deputatis unanimiter approbatos vestro q; judicio ac deliberationi propositos, de quibus omnibus quid dicam quod Amplis. Rector jam non ante occupavit: intellexistis nimirum ex illius oratione jam ad finem proximè spectare negotium quod non levem sollicitudinem etiam confidentissimis identidem creavat. jam in eo propè rem esse ut non mediocris accessio nostris Stipendiis obveniat; ut aliquando dignam suis laboribus missionem Emeriti nostri consequantur; denique ut si quid hactenùs in hac principe visitatis sede, sive ad commoditatem, sive ad dignitatem defuit, id, quasi imposita tot jam peractis operibus coronide etiam ultrà vota quamprimum perficiatur.

hæc autem omnia Proceres Academici, hæc tam ampla atq; magnifica cui debebimus? cui nempe? nisi LUDOVICO illi Ludovico qui nostras musas cum esset a teneris mirâ caritate complexus non destitit easdem, quasi suis in nos beneficiis factus ipse devinctior per totum regni sui curriculum novis Regiæ liberalitatis pignoribus pæne dixi onerare, quem præter tot victoriæ pacis q; titulos vere munificum publicæ institutionis restauratorem omnis in æternum Gallia celebrabit. Causam ille nostram, jura nostra, ut nemo Regum est in æquitatem propensior jam benignus favens q; respicit; commendante scilicet illustrissimo viro qui nostro educatus in sinu, nostris artibus innutritus de nobis non supino illo ac superbo more, sed alto magno q; sensu, et ipse judicat per se se: qui a supremo senatu ut res nostras in hac temporum conversione promoveret, electus, ipse beneficentissimi in nos senatus animos gerens, unà cum dignissimis collegis, nullis testes vos ipsos appello, nullis pepercit laboribus, nullis sumptibus, quo manifestum faceret intelligere se rectam juventutis institutionem unum esse in quo homines vere cordatos nullarum umquam vigiliarum nullius impendii pæniteret: qui a nobis deinde abstractus et ad altiora evocatus numquam tamen a nobis abfuit, numquam inceptos labores deseruit, et absolvet sane vir ad imperii prosperitatem nostram q; natus, absolvet, et hoc inter pulcherrima sua administrationis monumenta extructum a se monumentum gloriabitur.

nam quid jam regiæ in nos voluntati possit obsistere Si tantum, quod modo hortabatur amplis. Rector in unum conspirare et communi nostro q; bono consentire voluerimus? quanquam quid hic inter nos quidquam dissensionis reformidem, ubi nullum nisi gratiarum actionibus Locum esse video? itaque ut huic tam Læto fausto q; gratiarum concentui ipse veluti præinam censeo

1° agendas grates Ampliss. Rectori propter navatam Universitati in re tanti momenti Strenuam et felicem operam; agendas pariter Sapientissimis Deputatis quorum Studio, consilio, manu usus est Ampliss. Rector.

2° conficiendam conclusionem in articulos a Sapientiss. Deputatis propositos et a fidelissimo Scribâ recitatos: quod utinam ad utilitatem, et decus optimæ unius cujusque nostrum Parentis, quæ jam in animorum vestrorum concordia, ut mihi quidem videtur Lætior acquiescit; convertat Deus optimus maximus.

ita dixit meritissimus Sindicus

ita testor Le Rat procurator

Duval

Die Sabbathi nonâ Novembris post Sacrum de more celebratum in Sacello harcuriano habita sunt comitia in quibus consuit ven. Natio 1° parentandum esse piis manibus M. Ludovici Le vacher in Sacrâ facultate Doctoris die martis 12° proximâ horâ decimâ cum mediâ

2°. probatum est quidquid per Deputatos actum fuit circa refectionem factam in puteo communi inter vicinum et domum nostram in viâ des francs bourgeois

3°. audito M. e Maistrel fidelissimo Quæstore exponente se imparem esse solvendo mihi Procuratori Summam in fine Rationum Quæstoriarum hujus præsentis anni mihi debitam Scilicet 804ll 14ſ 7d Ego Dionysius Le Rat abalienavi hanc Summam cui aliam addidi usque ad ducentas libellas supra mille propter quod in nostram nostrorum q; utilitatem annuam et perpetuam legitimi reditus audito æquissimo Censore uno animo creandam nobis pensionem decrevit veneranda Natio et ita a me

concessum est

Le Rat

Duval

Eâdem die horis pomeridianis habita sunt apud Amplissimum Rectorem Deputatorum comitia in quibus 1° quor. Supplicibus pro litteris Nominationis indultum est

2° accessit quidam Simplex in artibus Magister postulans interventum Universitatis in negotio quod habet cum Magno Ecclesiæ Parisiensis Chori et minorum Scholarum præfecto eo quod sine permissu et litteris Domini præfecti absque Loco assignato minores Lectiones publicè faciebat. responsum illi fuit Tribunal Academicum intervenire causâ cognitâ pro iis tantum in artibus Magistris qui ab Universitate Licentiam obtinuerunt pædagogii aperiendi Sub ipsius clientelâ.

3° Statuit nec titulum nec jus ad privilegia posse dari Cursori Universitatis.

p.e negatâ vel non factâ responsione ab illustriss. Administro Duca
De Choiseul Amplissimo Rectori de hospitio militari Statutum est
ad ipsum de novo et iterum Scribendum esse et ab eo postulandam
coram fandi copiam, Super his ãibus concluſit Amplin. Rector

ità testor Le Rat

Die 12 ejusdem mensis Decantata fuit in Sacello harcuriano
pro Magistro Le vacher demortuo Res divina

Die 21 ejusdem Sacrum peractum est in festo Prasentationis
Beatæ Mariæ Virginis.

Die 24 ejusdem mensis horâ 1ª pomeridianâ in vesperis,
postridie vero in Solemni missâ in honorem Stæ Catharinæ
officium peractum est.

Die 5ª Decembris in vesperis postridie vero in Solemni
Missâ debitum Deo in honorem Sti nicolai persolvimus;
Deinde M. Petrus Le Meignen humaniorum Litterarum
in Grassinæo professor, non minus diserté quam eleganter
invitavit Magistrum Gardin Dumesnil antiquum
professorem et Collegii Ludovici Magni Primarium ut
munus Pontificis in festo immaculatæ conceptionis beatæ
Mariæ in Se Susciperet.

Die Sabbathi 7ª ejusdem mensis post Sacrum de more celebratum
habita Sunt comitia ven. Nat. in quibus Lecta et recognita Sunt
quæ gesta fuerant usque ad hanc diem. postea Lectum fuit approbatum
et Subsignatum instrumentum quo mihi et heredibus meis
assignatur pensio annua Sexaginta libellarum pro fœnore
Ducentarium librarum Supra mille quas tradidi M. Maistrel
fidelissimo Quæstori eo modo quo explicatur in Supra dicto
instrumento cujus Sunt duo exempla, alterum in manibus
nostris, alterum in manibus fidelissimi Quæstoris cui ven Natio
potestatem fecit mihi Solvendi viginti quatuor libellas pro
expensis a me factis in Negotiis ven. ordinis et ita
audito æquissimo Censore a me conclusum est

Le Rat Duval

Eadem die horâ decimâ Missa Solemnis apud prædicatores
celebrata fuit

Eadem die horis pomeridianis habita Sunt apud Amplissi.
Rectorem ordinaria Deputatorum Comitia in quibus

undecim Supplicibus pro Litteris Nominationis indultum est. deinde lecta
Sunt Epistola illustrissimi administri et aerarii praefecti Dñi De Laverdy
altera qua renuntiat Augustissimum Regem erga Universitatem
optimè animatum, et Statim atque Sua postulata circà reditus
tabellariorum et veredariorum ritè planè et diligenter perpenderit,
rem totam hanc pro Suâ Summâ potestate dijudicaturum quam
epistolam ut posté officiosissimis verbis refertam inscribendam esse
in commentariis Visitatis Statuit Tribunal Academicum
altera eo fine Scripta ut ipsi mittatur nominum index eorum ôium
qui in Universitate pro capite æs pendere debent quod praestiturum
promisit Amplis. Rector.
Cum dies festus immaculatæ Conceptionis Beatissimæ virginis in diem
nonam ab Ecclesia translatus fuerit die 8ª hora post meridiem primâ, primæ
hujus festi vesperæ, postridie Solemne Sacrum et Secundæ vesperæ
celebrata Sunt.

Die 11ª ejusdem mensis habitum est circà horam octavam matutinam
Tribunal Academicum in quo quinque Supplicibus pro litteris nominationis
indultum est, Statutum fuit facienda esse Sacra et preces quam
primùm in omnibus ordinibus omnibus q; collegiis pro Ludovico
Serenissimo Delphino in extremis posito. Nominati Sunt ornatiss.
Procuratores tum honorandæ tum venerandæ Nationum qui
